



CICER
ORAT
PHILI
ROM.
1470
INCUNABULI
C
5
16
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze












BIBLIOTECA
XV
NAZIONALE CENTRALE
FIRENZE

Campanus Senensi meo salutẽ. M. Tullium Ci/
ceronem : cum in omnib⁊ suis scriptis fuisse eloquẽ/
tissimũ : & qđ ipe gloriat᷑ : copiose | ornate distincte
dixisse uideamus : ut tamen adeo laudent᷑ | & tanto
sint in precio quę scripsit : pręcipue orationes effe/
cerunt : in quib⁊ tantũ mea sententia crescit : tãtum
exurgit : ut in aliis demittere se : pareq̃ sui temporis
ingeniis   cere : in his erigi | atq̃ attolli : & quod de
Antheo tradunt poetę humero tenus supra omnes
extare uideatur : orationum uero quęq̃ sunt omnes
illustrissimę : ardentiores tamẽ possunt uideri quę nõ
modo ad odium inimici : sed etiam ad emuli con/
tentionem sunt habitę : ita cum cęterę hoc pręstite/
rint | ut amici defenderentur : Philippicę hoc quoq̃
uidentur conatę ut uno studio & eiicerent Antoniũ
& Demosthenem superarent. Vale.

NTEQVAM DE RE PV
blica Patres Cõscripti dicam : ea
quę dicenda hoc tẽpore arbitror:
exponam uobis breuiter cõsilium
& ꝓfectionis : & reuersionis meę.
Ego cum sperarem aliquando ad
uestrum consilium auctoritatemq; . R . P . esse re/
uocatam : manendum mihi statuebam quasi in
uigilia quadam consulari ac senatoria : Nec uero
usq; discedebam : nec a R . P . deiiciebam oculos
ex eo die quo in ędem Telluris cõuocati sumus .
In quo templo quantum in me fuit ieci funda/
menta pacis : Atheniẽsiumq; renouaui uetus ex/
emplum : grecum etiam uerbum usurpaui quod
tũ in sedandis discordiis usurpauerat ciuitas illa:
atq; omnem memoriam discordiarum obliuione
sempiterna delendam censui . Pręclara tum oratio
M . Antonii : egregiaq; uolũtas : pax deniq; per
eum & per liberos eius cũ prestantissimis ciuib9
confirmata est . Atq; principiis iis reliqua con/
sentiebant ad deliberationes eas quas habebat
domi de R . P . principes ciuitatis adhibebat : ad
hunc ordinem res optimas deferebat . Sũma cũ
dignitate : & constantia rñdebat ad ea que quesita
erãt . Nihil tum nisi quod erat notum omnibus
in C . Cęsaris commentariis reperiebatur . Num
qui exules restituti? unum aiebat : preterea neminẽ:
Nũ imunitates datę? nullę respondebat : assentiri
etiam nos Seruio Sulpitio clarissimo uiro uoluit

Genus causę ē honestum

facit iudices attentos

Dicit hominē consularem ... non senatorium

A Consule M. antonio .s.

nequa tabula post Idus Martias ullius decreti Cęsaris: aut beneficii figeret. Multa preterea: eaq; preclara. ad singulare enim. M. Antonii factum festinat oratio. Dictaturam quę uim iam regię potestatis obsederat funditus ex re. pu. substulit: de qua ne sententias quidem diximus. scriptum S. C. quod fieri uellet attulit. Quo recitato auctoritatem eius summo studio secuti sumus: eiq; amplissimis uerbis per. S. C. grãs ęgimus. Lux quedã uidebatur oblata non modo regno: quod ptuleramus: sed etiã regni timore sublato: magnumq; pignus ab eo. R. P. datum: se liberam ciuitatẽ esse uelle: cũ dictatoris nomen quod sępe iustum fuisset propter perpetuę dictaturę recentẽ memoriam funditus ex re. pub. substulisset. liberatus cędis periculo paucis post diebus Senatus uinctus: & impactus est, fugitiuus ille qui in C. Marii nomen inuaserat. atq; hęc omnia cõmuniter cum collega: alia porro propria Dolobellę: quę nisi collega abfuisset: credo eis fuisse futura cõmunia. Nam cum serperet in urbe infinitum malũ: idq; manaret in dies latius: iidemq; bustũ in foro facerẽt: qui illam insepultam sepulturam effecerãt: & quotidie magis magisq; perditi hoĩes cum suis similibus seruis: tectis ac templis urbis minarentur. talis animaduersio fuit Dolobellę cũ in audaces sceleratosq; seruos: tum in impuros: & nefarios liberos: talisq; euersio illius execratę columnę: ut mirũ mihi uideatur tam ualde reliquum temp9 ab illo uno die dissensisse. Ecce enim Kl. Iunii quibus: ut adessemus edixerat mutata omnia. nihil per Senatum. multa & magna per ipsum &

absente populo & inuito: Consules designati se au/
dere negabāt in senatum uenire: patrię liberatores
urbe carebāt: ea cuius a ceruicibus iugū seruile de/
iecerant: quos tamen ipsi consules & in contionibꝰ
& in sermone laudabant. Veterani qui appellabant
quibus hic ordo diligentissimē cauerat: non ad cō/
seruationem earum rerum quas habebant: sed ad
spem nouarum predarum incitabantur. Quę cum
audire mallē: quā uidere: haberemqꝫ ius legationis
liberum ea mente discessi: ut adessem Kł. Iañ. qđ
initum senatus cogendi fore uidebatur. Exposui
P. C. profectionis consiliū: Nunc reuersionis quę
plus admirationis habet breuiter exponam. Cum
Brundusium iterqꝫ illud quod tritum in greciā est
non sine causa uitauissem Kł. sextilibus ueni Syra/
cusas: quod ab urbe ea transmissio in gręciam lau/
dabatur. Quę tamē mihi urbs cōiunctissima plus
una me nocte cupiens retinere non potuit. Veritus
sum ne meus repentinus ad meos necessarios ad/
uentus suspitiōis aliquid afferret: si eēm comoratꝰ
Cum autē me ex Sicilia ad Leucopetram: quod est
promontoriū agrigentini uenti detulissent: ab eo loco
conscendi ut transmitterem: nec ita multum pro/
uectus: reiectus austro sum ī eum ipm locum unde
conscenderam. Cumqꝫ intempesta nox esset / man/
sissemqꝫ in uilla. P. Valerii comitis / & familiaris
mei. postridie apud eundem uentum expectans
manerem / municipes regini complures ad me ue/
nerūt: ex his quidam roma recentes: a quibus pmū
accipio. M. Antonii cōcionem: que ita mihi pla/
cuit: ut ea lecta de reuersione primum coeperim co/
gitare: nec multo post edictū Bruti affertur & Cassii:

quod quidem mihi fortasse q eos etiã plus R. pu.
q̃ familiaritatis grã diligo/plenum equitatis uide-
batur. Addebant preterea: (fit enim plerunq; ut ii
qui boni quid uolunt afferre/affigant aliquid: quo
faciant id quod nunciant letius): Rem. pu. conuẽ-
turam Kl. sextilibus: Senatum frequentem fore:
Antonium repudiatis malis suasoribus: remissis
galliis prouinciis ad auctoritatem Senatus esse re-
diturum. tum uero tanta sum cupiditate incensus
ad reditum: ut mihi nulli neq; remi: neq; uenti sa-
tisfacerent: nõ quo ad tempus occursurum putarẽ:
sed ne tardius: q̃ cuperem Rei. pu. gr̃tularer. Atq;
ego celeriter Veliam deuectus: Brutũ uidi: quanto
meo dolore non dico: turpe ipsi mihi uidebatur in
eam urbem me audere reuerti: ex qua Brutus ce-
deret: & ibi uelle tuto esse: ubi ille nõ posset. Neq;
uero illum similiter: atq; ipse eram/cõmotum esse
uidi: erectus enim maximi: atq; pulcerrimi facti
conscientia/nihil de suo casu: multa de nostro que-
rebatur. ex quo primũ cognoui/quę Kl. sextilib;
in Senatu fuisset. L. Pisonis oratio: qui quãquam
parum erat: id enim a Bruto audieram: a quibus
debuerat adiutus tamen/& Bruti testimonio/quo
quid potest esse grauius: & omnium predicatione:
quos postea uidi/magnam mihi uidebatur gloriã
consecutus. Hunc igitur ut sequerer/properaui: quẽ
presentes non sunt secuti: nõ ut pficerem aliquid:
neq; enim sperabam id: nec proficere poterã: sed
ut siquid mihi humanitus accidisset: multa autem
impendere uidebantur preter naturam: etiã preter q
fatum: huius diei uocẽ testem Rei. pu. relinquere
meę perpetuę erga se uoluntatis. Quoniã utrumq;

quo in ęde Telluris senatus fuit: non omnibus iis mensibus: quibꝫ te quidam multum a me dissentientes beatum putant ante ponis? Quę fuit oratio de concordia? quanto metu ueterani: quanta sollicitudine ciuitas tum a te liberata est? Tum tuum collegam depositis inimicitiis oblitus auspiciorum te ipso augure nũciante illo primum die collegam tibi esse uoluisti: tuus paruus filius in capitoliũ a te missus pacis obses fuit: quo senatus die letior, quo. R. P? qui quidem nulla in concione unq̃ letior fuit. Tum denicꝫ liberati per uiros fortissimos uidebamur: quia ut illi uoluerãt libertatem pax consequebatur. Proximo altero tertio denicꝫ reliquis consecutis diebus non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferre. R. P. maximum autem illud quod dictaturę nomẽ sustulisti. Hęc inusta est a te, a te inquã mortuo Cę. nota ad ignominiã sempiternam: Ut eni͂ propter unius. M. Manlii scelus decreto gentis Manlię neminem patricium licet Manlium uocari. Sic tu propter unius dictatoris odium nomen dictatoris funditus sustulisti. Num te cũ hęc pro salute. R. P. tanta egisses fortunę tuę? num amplitudinis? num claritatis? num glorię penitebat? Unde igitur subito tanta ista mutatio? Non possum adduci ut suspicer te pecunia captum: licet quod cuicꝫ libet loquatur, credere nõ est necesse. Nihil enim unq̃ in te sordidũ: nihil humile cognoui: quanq̃ solent domestici depravare non nunq̃: sed noui firmitatem tuam. Atcꝫ utinam ut culpam: sic etiam suspicionem uitare potuisses. Illud magis uereor ne ignorans uerum iter glorię gloriosum putes: plus te unum posse q̃ omnes: & metui

a ciuibus tuis: q̃ diligi malis. Quod si ita putas totã ignoras uiã glorię. Carum esse ciuẽ bene de R. P. mereri: laudari: coli: diligi gloriosum est. Metui uero / & in odio esse / inuidiosum: detestabile: imbecillum: caducum. Quod uidemus etiã in fabulis ipsis illis qui oderint dum metuant / dixerint pernitiosum fuisse. Vtinam Antoni auum tuum meminisses: de quo tñ multa audisti ex me sępissime. Putas ne illum immortalitatem mereri uoluisse / ut propter armorum metuendorum licentiam metueretur? Illa erat uita: illa secunda fortuna. libertate esse parem cum ceteris: principem dignitate. Itaq̧ ut ommittam res aui tui prosperas: acerbissimum eius diem supremũ malim: q̃ L. Cinnę dñatum a quo ille crudelissime ẽ interfectus. Sed qd oratiõe te flectam? si enim exitus C. Cę. efficere hoc non potest: ut malis carus esse: q̃ metui. nihil cuiusquã proficiet: nec ualebit oratio: quem qui beatũ esse putant / miserrimi ipsi sunt. Beatus est nemo qui ea lege uiuit: ut non modo impune: sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Quare flecte te quęso: & maiores tuos respice: Atq̧ ita guberna Rem. pu. ut natũ te esse ciuem tui guadeãt. sine quo nec beatus: nec clarus esse quisq̃ potest. Et P. quidem. R. iudicia multa ambo habetis / quibus uos non satis moueri permoleste fero. Quid enim gladiatorũ clamores innumerabiliũ ciuium? Quid populi uersus? Quid Pompeii statuę plausus infiniti? Quid ii. tri. pl. qui uobis aduersantur: parũ ne hęc significant incredibiliter consentientẽ. P. R. uniuersi uoluntatem? Quid Apollinarium ludorũ plausus: uel testimonia potius: & iudicia. P. R.

uobis parua esse uidebantur! O beatos illos qui cũ adesse ipsis propter uim armorum non licebat: ad/erant tamẽ: & in medullis. Po. Ro. ac uiscenbus herebãt: nisi forte actio tum plaudi: & sexagesimo post tum anno palmam dari putabatis non Bruto qui iis ludis ita caruit: ut in illo parattissimo specta/culo studium. P. R. tribuerit absenti: desiderium liberatoris sui perpetuo plausu, & clamore leniret. Equidem is sum qui istos plausus cũ a popularibꝰ ciuibus tribuerentur semper cõtempserim. idemq̃ cum a summis, mediis, infimis: tum deniq̃ ab uni/uersis. hoc idem fit cũq̃ ii qui ante sequi populi cõ/sensum solebant fugiunt: non plausum illum! sed iudicium puto. Sin hęc uobis leuiora uidentur quę sunt grauissima: num etiam hoc contemnitis, quid sensistis: tam caram Po. Ro. uitã. A. Hircii fuisse. Satis enim erat probatum illum esse. P. R. Vt est iocundum amicis in quo uincit omnes carum suis quibus est ipse carissimus. Tantam tamẽ sollicitu/dinem bonorum: tantum timorem omniũ in quo meminimus! Certe in nullo. Quid igitur hoc uos per deos immortales quale sit non interpretamini! Quid eos de nostra uita cogitare censetis: quibus eorum quos sperant. R. P. consulturos: uita tam cara sit! Coepi. P. C. reuersionis meę fructum: qm̃ ea dixi ut quicũq̃ casus consecutus esset, extaret cõ/scientie meę testimonium. & sum a uobis benignę ac diligenter auditus. Quę ptãs si mihi sępius sine meo: urõq̃ piculo fiet, utar. Si minꝰ, quantũ potero nõ tã mihi me: q̃. R. P. reſuabo. Mihi fere satis est qđ uixi: uel ad ętatem: uel ad gloriã. Huc si qd accesserit. nõ tã mihi: q̃ uobis. R. q̃. P. accesserit.

attio

VONAM MEO FATO P.C. fieri dicā. Vt nemo iis annis uiginti Rei. pu. hostis fuit/ qui non bellum eodē tempore mihi quoq; indixerit. Nec uero necesse est a me quenq̄ nominari uobis: cum ipsi recordemini/ mihi poenarū illi plusq̄ optarē dederunt. Te miror Antoni quorum facta imitere: eorum exitus nō perhorrescere? Atq; hoc in aliis minus mirabar. Nemo illorū mihi inimicus fuit uoluntarius/ omēs a me Rei. pu. causa lacessiti. Tu ne uerbo quidem uiolatus? Vt audacior: q̄ L. Catilina: furiosior: q̄ P. Clodius uiderere/ ultro maledictis me lacessisti: tuamq; a me alienationē ad ciues impios tibi glorię fore putauisti. Quid putē? cōtemptū ne me? non uideo: nec in uita: nec in grā: nec in rebus gestis: nec ī hac mea mediocritate ingenii qd despicere possit Antonius: An ī senatu facillime detrahi posse credidit? qui ordo clarissimus ciuib; bene geste Rei. pu. testimonium multis/ mihi uni ꝯseruatę dedit? an decertare mecum uoluit contentione dicendi? Hoc quidem beneficiū est. Quid enim plenius? Quid uberius: q̄ mihi/ & pro me/ & cōtra Antonium dicere? Illud profecto est/ non existimauit suis similibus ꝓbari posse se esse hostem patrię: nisi mihi esset inimicus. Cui priusq̄ de ceteris rebus respondeo/ de amicitia: quā a me uiolatā esse criminatus est: Quod grauissimum crimen iudico: pauca dicamus. Cōtra rem suā uenisse me nescio qū questus est. An ego non uenirem contra alienum pro familiari & necessario

& domestico meo ! non uenirem contra gratiam ! non uirtutis specie : sed ętatis flore collectam ! non uenirem contra iniuriam : quã iste intercessoris ini/quissimi beneficio obtinuit : nõ iure pretorio . Sed hoc idcirco cõmemoratum a te puto | ut te infimo ordini commendares : cum omnes recordarentur libertinum generũ | & liberos tuos | nepotesq; Fadi libertini hominis fuisse . At enim te in disciplinam meam tradideras . Nam ita dixisti domum meã uentitaras : nę tu si id fecisses | melius famę | melius pudicitię tuę consuluisses . Sed nec fecisti : nec si cu/peres tibi id per . C . Curionẽ facere licuisset . Au/guratus petitionem mihi te concessisse dixisti . O in credibilem audaciam . O impudentiã pędicandã . Quo enim tempore me augurem a toto collegio expetitũ . CN . Pompeius | & . Q . Hortensius no/minauerunt ! Neq; enim licebat a pluribus noiari : nec tu soluendo eras : nec te ullo modo : nisi euersa R . P . fore incolumem putabas . Poteras autem eo tempore auguratum petere cum in Italia Curio nõ esset ! aut tum cum esses factus | unam tribum sine Curione ferre potuisses ! Cuius etiam familiares de ui condemnati sunt : qđ tui nimis studiosi fuissent . At beneficio sum usus tuo ! quo quanq̃ illud ipsum qđ cõmemoras semper pre me tuli . Malui me tibi debere ɔfiteri : q̃ cuiquã minus prudenti : non satis gratus uideri : Sed quo beneficio ! qđ me Brundusii non occideris : quẽ ipse uictor : qui tibi (ut tute glo/riari solebas) detulerat ex latronibus suis pncipatũ saluum esse uoluisset : in Italiam ire iussisset : eum tu occideres ! fac potuisse ! Quod est aliud . P . C . bene/ficium latronum : nisi ut commemorari possint iis

se uitam dedisse: quibus non ademerint? Quod si esset beneficiũ: nunq̃ ii qui illum interfecerũt/a quo erãt seruati: quos tu ipse uiros clarissimos appellare soles/tantã essent gloriã consecuti: quale autem beneficium est q̄ te abstinueris a nefario scelere? Qua in re non tam iocundum uideri mihi debuit non interfectum a te: q̃ miserum id te impune facere potuisse. Sed sit beneficiũ? quandoquidem maius a latrone accipi nullum potuit. In quo potes me dicere ingratum? an de interitu. R. P. queri non debui? ne in te ingratus uiderer? At in illa querela misera quidẽ/ & luctuosa: sed mihi pro hoc gradu in quo me Senatus. P. q̄. R. collocauit necessaria: Quid est dictum a me cum contumelia? Quid nõ moderate? Quid nõ amice? Et quidem cuius temperantię fuit. De. M. Antonio querentẽ abstinere maledicto: presertim cum tu reliquias. R. P. dissipauisses? cum domi tuę turpissimo mercatu oĩa essent uenalia? cum leges eas quę nunq̃ p̄mulgatę essent/ & de te/ & a te latas confiterere? cũ auspicia augur/ intercessionem Consul substulisses? cũ esses foedissime stipatus armatis: cũ omnes impuritates publica in domo quotidie susciperes: Vino lustris q̄ confectus. At ego tanquã mihi cum. M. Crasso contentio esset. Quo cum multę/ & magnę fuerunt: non cum uno gladiatore nequissimo: de R. P. grauiter querens. de homie nihil dixi. Itaq̄ hodie perficiam ut intelligat quantum a me beneficium tum accepit. At etiam lr̃as quas me sibi misisse diceret recitauit. homo & humanitatis expers/ & uitę cõmunis ignarus. Quis enim unq̃ qui paulũ modo bonorũ consuetudinẽ nosset/ litteras a se ab amico

missas

missas offensione aliqua interposita in mediũ protulit: palāq; recitauit? Quid hoc est aliud: q̃ tollere e uita uitę societatem: tollere amicorum colloquia absentum: q̃ multa loca solent esse in epistolis quę prolata si sint inepta esse uideantur: q̃ multa seria? neq; tamen ullo modo diuulganda. Sit hoc inhumanitatis tuę stultitiā incredibilem uidete. Quid habes quod mihi opponas homo dis̄te: ut mustelę tamisio: & tironi numisio uideris. Qui cũ hoc ipso tempore stent cum gladiis in conspectu Senatus. ego quoq; te dis̄tum putabo: si ostenderis quomõ sis eos inter sicarios defensurus. Sed quid oppones tandē. si negem me unq̃ istas litteras ad te misisse. Quo me teste cõuinces? an chirogp̄ho? i quo habes scientiam questuosam: Quid possis? sunt enim librarii manu. Iam inuideo magistro tuo qui te tāta mercede: quantā iam p̄feram, nihil sapere docuit. Quid est minus non dico oratoris: sed hominis: q̃ obicere aduersario quod ille si uerbo negarit, longius progredi nõ possit: qui obicerit. At ego nõ nego: teq; in isto ipso conuinco: non inhumanitatis solũ: sed etiam amentię: Quod enim uerbum ĩ istis lr̄is est: non plenum humanitatis: officii beniuolentię: oĩe autem crimen tuum est: quod de te in iis lr̄is non male existimem: q; scribam tanq̃ ad Ciuem: tanq̃ ad bonum uirum: non tanq̃ ad sceleratum, & latronem. At ego tuas litteras & si iure poterā a te lacessitus: tamen non proferā: quibus petis: ut tibi p̄ me liceat: quendā de exilio reducere. Adiurasq; id te inuito me non esse facturum. idq; a me impetras? Quid enĩ interponerē audacię tuę? quem neq; auctoritas huius ordinis: neq; existimatio. P. R.

neq; leges ullę possunt cobercere : Veruntamen qd erat qd me rogares ! si erat is de quo rogabas : Cę. lege reductus . Sed uidelicet meam gratiam uoluit esse | in quo ne ipsius quidem ulla esse poterat lege lata . Sed cum . P. C . mihi : & pro me aliquid | & in M. Antonium multa dicenda sint : alterum peto a uobis : ut pro me dicentem benigne : alterum ipse efficiam : Vt contra illum cum dicam | attente audiatis . Simul illud oro si meam cum ĩ omni uita : tum in dicendo : moderationem : modestiamq; cognoscitis : ne me hodie cũ isti ut prouocatus rñdebo oblitum esse putetis mei : non tractabo ut Consulē : ne ille quidē me ut Consularē : & si ille nullo modo Consul | uel quod ita uiuit | uel quod ita Rem . pu. gerit : uel quod ita factus est Consul : Ego sine ulla ↄtrouersia : Consularis : ut igitur intelligeretis qualē me esse Consularem profiteretur : obiecit mihi Cōsulatum meum : qui Cōsulatus uerbo meus . P. C. re uester fuit . Quid enim constitui ! quid gessi ! nisi ex huius ordinis cōsilio ! auctoritate ! sententia ! Hęc tu homo sapiens : nō solũ eloquens | apud eos quoꝝ consilio | sapientiaq; gesta sunt : ausus es uituperare. Quis autem meum Consulatum prēter . P. Clodiũ qui uituperaret | inuētus est . Cuius quidem te fatũ sicuti . C. Curionem manet : quoniam ~~uxor scilicet~~ id domi tuę est : quod fuit illorum utriq; fatale . nō placet . M. Antonio Cōsulatus meus . At placuit P. Seruilio : ut eum p̄mum nomine ex illius temporis Consularibꝫ qui proxime est mortuus . Placuit . Q. Catulo : cuius singularis semper in hac re . pu . uiuet auctoritas . placuit duobꝫ Lucullis . M. Crasso . Q. Hortensio . C. Curioni . M. Lepido .

consilii causam . P. C . probatam uobis esse cõfido : priusq̃ de Re . pu . dicere incipio : pauca querar de hesterna . M. Antonii iniuria : cui sum amicꝰ ; idq̃ me nõ nullo eius officio debere esse pre me semper tuli ; quid tandẽ erat causę cur ĩ Senatum hesterno die tam acerbe cogerer ! Solus ne aberam ! An nõ sępe minus frequentes fuistis ! an ea res agebatur : ut etiam egrotos deferri oporteret ! Hannibal credo erat ad portas : aut de Pyrrhi pace agebatᷣ ! ad quã etiam causam Appium illum & senem : & cecum delatum esse memorię proditum est . De supplicationibus referebatur : quo in genere Senatores deesse non solent : coguntur enim non pignoribꝰ : sed eorum quorum de honore agitur gracia ; quod idẽ fit cum de triumpho referẽ : ita sine cura consules sunt : ut pene liberum sit senatori non adesse . Qui cum mihi mos notus esset : cũq̃ e uia languerem : & mihimet displicerem : misi pro amicitia qui hęc ediceret . At ille uobis audientibus cum fabris se domũ meam uenturum esse dixit : nimis iracunde hoc quidem ! & ualde intemperanter : Cuius enim maleficii ista poena est : ut dicere in hoc ordine auderet se publicis operis disturbaturum publice ex senatus sententia edificatam domum ! Quis autem unquam tanto damno senatorem coegit ! aut quid est ultra pignus : aut mulctam ! qui si scisset quam sentẽtiam dicturus essem : remisisset aliquid ꝓfecto de seueritate cogendi . An me censetis . P. C . quod uos inuiti secuti estis decreturũ fuisse ut parentalia cum supplicationibus miscerentur ! ut inexpiabiles religiones in Rem . pu . inducerentur : ut decernerem supplicatiões mortuorũ : nihil dico quis fuerit

ille. L. Brutus qui & ipse regio dominatu Rem. pu. liberauit: & ad similem uirtutē: & simile factū stirpem in prope quingentesimum annū ꝓpagauit: adduci tñ non possem: ut quenq̄ mortuū coniungerem cum deorum īmortalium religione: ut cui9 sepulchrum nusq̄ extet ubi parentet̃ ei publice supplicetur. Ego uero eam sententiam dixissem. P. C. ut me aduersus. P. R. si quis accidisset g̃uior. Rei. pu. casus: si bellū: si morbus: si fames facile possē defendere: quę partim iam sunt: partim timeo ne impendāt. Sed hoc ignoscant dii īmortales uelim: &. po. Ro. qui id non probat: & huic ordini qui decreuit inuitus. Quid de reliquis Rei. pu. malis licet ne dicere? mihi uero licet: & semp licebit dignitatem tueri: mortem cōtemnere: potestas modo in hunc locum ueniendi sit: dicendi periculum non recuso. Atq̧ utinam. P. C. Kł. sextilis adesse potuissem: non quo ꝓfici potuerit aliquid: sed ne un9 modo consularis: quod tum accidit: dignus illo honore: dignus. R. P. inueniretur. Qua quidem ex re magnum accipio dolorem homines amplissimos. P. R. beneficiis usos. L. Pisonem ducē optimę sententię non secutos. Idcirco ne nos po. Ro. cōsulares fecit: ut in altissimo amplissimoq̧ gradu dignitatis locati Rem. pu. pro nihilo haberemus? Non modo uoce nemo. L. Pisoni consulari: sed ne uultu quidem assensus est: quę nam malum est ista uoluntaria seruitus? fuerit quędam necessaria. Nec ego hoc ab omnibus iis desidero qui sententiā loco consulari dicūt. Alia causa est eorum: quorum silentio ignosco. alia eorum: quorū uocem requiro: quos quidē doleo in suspitionē Romani po. uenire:

non [illegible]
causa dixisse [illegible]
gratias se habe[illegible]
efficere posse [illegible]
Deinde a nobis [illegible] minus
audeo orationem [illegible]
t[illegible]
acta Cęsaris [illegible]
enī id [illegible]
maxime [illegible]
tonius [illegible]
minus [illegible]
doceret me uel [illegible]
ipse Cę. acta defenderet? An in cōmentariolis
chirogphis & libellis se uno auctore prolatis ne
platis quidem: sed tantūmodo dictis acta Cę. fir/
ma erūt: Quę ille in ęs incidit: in quo populi iussa
perpetuasq; leges esse uoluit pro nihilo habebunt?
Equidē existimo nihil tam esse in actis Cę. q leges
Cę. An si cui quid ille promisit: id erit fixum quod
idem facere non potuit: ut multis multa promissa
non fecit: quę tamen multo plura reperta sunt illo
mortuo: q̄ a uiuo beneficia per omēs annos tributa
& data: sed ea nō muto: non moueo. Summo etiā
studio preclara illius acta defendo. pecunia utinā
ad ędem opis maneret: cruēta quidem illa: sed his
temporibus cum iis; quorum est non redditur ne/
cessaria: quanq̄ ea quoq; sit effusa si ita in actis eius
fuit. Et quid est quod tam proprie dici possit actū
eius: qui togatus in Re. pu. cū potestate imperioq;
uersatus sit q̄ lex? Quere acta Gracchi: leges Sem/
pronię proferentur. Quere Sylle: Cornelię. Quid

CN. Pompei tertius Consulatus in quibus actis ↄsistit? Nempe in legibus A Cę. ipso si queres quid nam egisset in urbe & toga leges multas responde/ ret se & pclaras tu lisse. chirogropha uero aut mu/ taret: aut non daret: aut si dedisset: non istas res in actis suis duceret: sed hec ipsa concedo: quibusdã in rebus etiam cõniueo: In maximis uero rebus .i. legibus acta Cesaris dissolui ferendum non puto. Que lex melior: utilior: optima etiam in R. P. sę/ pius flagitata q̃ ne pretorie prouincię: plusq̃ annũ: ne plus q̃ biennium consulares obtinerentur: hac lege sublata uidentur ne uobis acta Cę. suari? Quid ea lege quę promulgata est de tertia decuria iudicũ: non ne omnes iudiciarię leges Cę. dissoluuñtur. & uos acta Cę. defenditis: q leges eius euertitis? nisi forte si quid memorię causa retulit in libellum id numerabiliter in actis: & q̃uis iniqum & inutile sit defendet? quod ad populũ centuriatis comitiis tulit id in actis Cę. nõ habebitur? At quę est ista tercia decuria? Centurionum inquit: Quid isti ordini iudicatus: lege julia etiam ante pompeia aurelia nõ patebat? Census prefiniebatur inquit non Centu/ rioni quidem solum: sed equiti etiã Romano, Itaq; uiri fortissimi atq; honestissimi q ordines duxerũt: res & iudicant: & iudicauerunt. Non quero inquit istos: quicunq; ordinem duxit iudicet. At si feratis quicunq; equo meruisset: qđ est laudatius nemini probaretis: In iudice enim spectari & fortuna de/ bet: & dignitas. Nõ quero in quit ista. Addo etiã iudices manipulares ex legione alaudarum: aliter enim nostri negant posse se saluos esse. O contume/ liosum honorẽ iis quos ad iudicandũ nec opinãtes

uocatis. Hic est enim legis index: ut ii in tertia de-
curia iudicent: qui libere iudicare non audeant. In
quo quantus est error dii immortales eorum qui
istam legem excogitauerunt. Vt enim quisq; sor-
didissimus uidebatur ita libentissime seueritate iu-
dicandi sordes suas eluet. laborabitq; ut honestis
decuriis potius dignus uideatur: q̃ in turpes iure
coniectus. Altera promulgata lex est: ut & de ui &
de maiestate damnati ad populum prouocent: si
uelint. Hęc utrum tandem lex est: an legum omniũ
dissolutio? Quis enim est hodie cuius intersit istam
legem manere? Nemo reus est istis legibus: nemo
quẽ futurum putemus. Armis enim gesta nunq̃
profecto in iudicium uocabunt̃. At res populares?
Vtinã quidem uelletis aliquid esse populare. Oĩs
enim iam ciues de rei. pu. salute una & mente &
uoce cõsentiunt. Quę igitur ea cupiditas eius legis
ferendę: quę turpitudinem sũmam habeat: gratiã
nullam? Quid enĩ turpius q̃ qui maiestatẽ. P. R.
p uim minuerit eum damnatũ iudicio ad eã ipsam
reuerti: propter quam sit iure damnatus? Sed quid
plura de lege disputo? quasi uero id agat̃: ut quisq̃
puocet: Id agitur: id fertur: ne quis omnino unq̃
istis legibus reus fiat. Quis enĩ aut accusator tam
amens reperiet̃: qui reo condemnato obici se mul-
titudini conductę uelit? aut iudex qui reũ damnare
audeat? Vt ipse ad opera mercenaria statim protra-
hatur: non igit̃ prouocatio ista lege datur: sed duę
maximę salutares leges: questionesq; tollunt̃? Quid
est igit̃ aliud q̃ adhortari adulescentes ut turbulenti
& seditiosi: ut perniciosi ciues uelint esse. Quã aũt
ad. P. R. pestẽ furor tribunitius impelli nõ potent.

iis duabus questionibus de ui & de maiestate sub-
latis? Quid qđ abrogatur iis legibus Cę. quę iubent
ei, qui de ui: itemq́ ei qui maiestatis damnatus sit
aqua & igni interdici? quibus cum prouocatio da-
tur non ne acta Cę. rescinduntur? Quę quidem ego. P.
C. qui illa numq̃ probaui, ita conseruanda cõcordię
causa arbitratus sum: ut nõ modo quas uiuus Cę.
leges tulisset infirmandas hoc tempore nõ putarẽ:
sed ne illas quidem quas post mortem Cę. p̄latas
esse, & fixas uidetis. De exilio reducti sũt a mortuo.
Ciuitas data non solum singulis: sed & nationib9:
& prouinciis uniuersis: imunitatibus infinitis sub-
lata uectigalia a mortuo: ergo hęc uno uiro optimo
auctore domo prolata defendimus eas leges quas
ipse nobis inspectantibus recitauit: pronunciauit:
tulit. Quibus latis gloriabatur: iisq́ legibus R. P.
contineri putabat, de prouinciis, de iudiciis. eas
inquã Cę. leges nos qui defendimus acta Cęsaris
euertendas putabimus? Ac de iis tamen legibus
quę promulgatę sunt saltem queri possumus, de iis
quę iam latę dicuntur ne illud quidem licuit. Illę
enim nulla promulgatione latę sunt anteq̃ scriptę?
Querunt, quid sit: Cur aut ego: Aut quisq̃ uestrũ.
P. C. bonis tribunis. pl. leges malas metuat, pa-
ratos habemus qui intercedant. Paratos qui Rem
pu. religione defendãt. Vacui metu esse debem9:
Quas tu mihi intercessiones inquis? Quas religio-
nes? Eas s. quibus. R. P. salus continetur, negligi-
mus ista, & nimis antiqua, & stulta ducamus, forũ
sepietur, omnes claudentur aditus? Armati in p̄si-
diis, multis in locis collocabuntur. Quid tum: qđ
erit ita gestũ id lex erit? & in ęs incidere iubebitis:

credo illa legitima quę consules populum iure ro/
gauerunt. Hoc enim a maioribus accepimus ius
rogandi populus quę iure sciuit: Qui populus! Is
ne qui exclusus est! quo iure! an eo quod ui, & ar/
mis oñe sublatũ est! Atq; ego hoc dico de futuris
quod est augurum antedicere ea quę uitari possũt.
quę si facta non erunt, refelletur oratio mea. loquor
de legibus promulgatis, de quibus est integrum
uobis. demonstro uitia, tollite. denuncio uim: ar/
ma remouete. irasci quidem mihi Dolobella pro re
pu. dicenti non oportebit. quanquã quidem te id
facturum non arbitror. Noui enĩ facilitatẽ tuam.
Collegam tuum aiunt in hac sua fortuna, quę bona
ipsi uidet: mihi ne grauius quippiam dicam, auorũ
& auũculi sui consulatum si imitaretur, fortunatior
uideretur: sed eũ iracundum audio factum. Video
autem q̃ sit odiosum habere iratum eundem, & ar/
matum cũ tanta presertim gladioꝝ sit impunitas:
sed promã ius ut opinor ęquum! quod. M. Anto/
nium non arbitror repudiaturum. Ego si quid in
uitam eius: aut in mores contumelię dixero quo
minus mihi inimicissimus sit, non recusabo: si cõ/
suetudinem meam quam semper in Ro. Po. habui
tenuero: idest si libere quę sentiam de R.P. dixero.
Primum deprecor ne irascatur: deinde si hoc non
impetro: peto ut sic irascatur ut cui armis utatur:
si ita necesse est, ut dicit sui defendendi causa iis qui
pro R.P. quę ipsis uisa erunt dixerint: ista arma
ne noceant. Quid hac postulatione dici põt ęqui9!
Quod si ut a quibusdam mihi eius familiaribus
dictum est, omis enim quę habetur contra eius uo/
luntatẽ oratio grauiter offendit, etiam si nulla inest

contumelia ferernus amici naturam. idem illi ita mecum: non idem tibi aduersario Cę. licebit, quod Pisoni socero, & simul ãmonent quidam: quod cauebimus: nec erit iustior. P. C. in senatum non ueniendi morbi causa: q̃ mortis. Sed per deos immortales te enim intuens Dolobella qui es mihi carissimus: non possum de utriusq; nostrum errore reticere. Credo enim uos homines nobiles magna quidem spectantes: non pecuniam ut quidã nimis creduli suspicant̃, quę semper ab amplissimo quoq; clarissimoq; contempta est: non opes uiolentas, & Po. R. minimę ferendam potẽtiam: sed charitatẽ ciuium: & gloriam concupisse. Ea autẽ est gloria, & laus recte factorum magnorum in R. P. meritorum. quę tum optimi cuiusq; tum etiam multitudinis testimonio cõprobatur. Dicerẽ Dolobella qui recte factorum fructus esset: nisi te paulisp̃ esse expertum uideremus. quem potes recordari ĩ uita tibi illuxisse diem letiorem: q̃ cũ expiato foro, dissipato concursu impiorũ, principibus sceleris poena affectis, te domum recepisti? Cuius ordinis: Cuiꝰ generis: Cuius deniq; fortunę studia tum ludi, & gratulationi tuę se non tulerunt? Mihi etiam quo auctore te in iis rebus uti arbitrantur: & grãs boni uiri agebant: & tuo nomĩe gratulabantur. Recordare quęso Dolobella cõsensum illum theatri cum oẽs earum rerũ obliti, propter quas tibi fuerant offensi, significauerunt se beneficio nouo memoriã doloris ueteris abiecisse. Hanc tu. P. Dolobella magno loquor cum dolore. hanc tu inquam ęquo animo potuisti tantam dignitatẽ deponere? Te aũt M. Antoni absentem appello unum illum diem

hominem : sed materia facilis in te, & in tuos dicta
dicere. Vide autẽ inter te, & auũ tuũ quid intersit!
Ille sensim dicebat quod causę pdesset. Tu cursim
dicis aliena : at quãta merces Rhetori data est! Au/
dite : audite. P. C. & cognoscite. R'. P. uulnera
Duo milia iugerũ Campi Leontini Sexto Clodio
Rhetori assignasti, & quidem imunia : ut pro tanta
mercede nihil sapere disceres. Num etiã hoc homo
audacissime ex Cę. cõmentariis! Sed dicã alio loco
de Leontino agro, & de Campano : quos iste agros
ereptos. R. P. turpissimis possoribus inquinauit.
Iam enĩ quoniã criminibus eius satis respondi : de ipso
correptore, & emendatore nr̃o quędã dicenda sunt.
Nec enĩ oĩa effundã. Vt si sępius decertandũ sit :
ut erit, semp nouus ueniã : quã facultatẽ mihi istius
multitudo uitiorum, peccatorũq; largit̃. Vis ne igit̃
te inspiciamus a puero! Sic opinor a principio or/
diamur. Tenes ne memoria ptextatum te decoxisse!
Patris inquies ista culpa est. Concedo : Etenim est
pietatis plena defensio. Illud tñ audacię tuę : quod
sedisti in decimo quarto ordinibus. Cum esset lege
Roscia decoctoribus certus locus constitutus : q̃uis
qui fortunę uitio : non suo decoxisset. Sumpsisti ui/
rilem togã quã stati muliebrẽ stolã reddidisti : pmo
uulgare scortũ! certa flagitii merces : nec ea parua :
sed cito Curio interuenit : qui te a meretricio questu
abduxit : & tanq̃ stolã dedisset, in mr̃imonio stabili,
& certo locauit. Nemo unq̃ puer emptus libidinis
causa, tam fuit i Domicii potestatẽ : q̃ tu in Curio/
nis. Quotiẽs te pater eius domo sua eiecit : quotiẽs
custodes posuit : ne limen intrares! Cum tamen tu
nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per

tegulas dimittere. Quę flagitia domus illa diutius ferre nõ potuit. Scis ne me de reb9 mihi notissimis dicere? Recordare tempus illud: cũ pr̃ Curio merẽs iacebat in lecto: filius se ad pedes meos ꝓsterniens: lachrimãs te mihi cõmendabat. orabat ut te cõtra suũ patrẽ: si sextertium sexagies peteret: defenderẽ. Tantũ enĩ ꝓ te intercessisse dicebat. Ipse aũt amore ardens confirmabat: quod desideriũ tui dissidii ferre non posset: se in exilium esse iturũ. Quo ego tempore tãta mala florentissimę familię sedaui: uel potius substuli: pr̃i ꝑsuasi ut ęs alienũ filii dissolueret: redimeret adulescentem: summa spe: & animi: & ingenii preditũ rei familiaris facultatib9: eũq; a tua non modo familiaritate: sed etiã congressione: patrio iure: & potestate prohiberet. Hęc tu cũ per me acta meminisses: nisi illis quos uidemus gladiis confideres maledictis me prouocare ausus esses: sed iam stupra: & flagitia õmittam. Sunt quędam quę honeste non possum dicere: Tu autem eo liberior: q̃ ea in te admisisti: quę a uerecundo inimico audire non posses. Sed reliquum cursum uidete: quem quidem celeriter perstrĩgam. Ad hęc enim quę in ciuili bello: in maximis. R. P. miseriis fecit: & ea quę quotidie facit: festinat animus: quę peto ut quanquam multo notiora uobis: q̃ mihi sunt: tamen ut facitis: attente audiatis. Debet enim talibus in rebus excitare animos: non cognitio solum rerũ: sed etiã recordatio: tam etsi incidam9 oportet media: ne nimis sero ad extrema ueniamus. Intimus erat ĩ tribunatu Clodio: q̃ sua erga me bñficia cõmemorat: cui9 omniũ incendiorũ fax: cui9 etiã domi q̃dda iã tu molitus ẽ. Quid dicã ipe optime

C. Pisoni. M. Labeoni. L. Volcatio. C. Figulo. D. Syllano. L. Murenę qui tunc erant Consules designati. Placuit & idē Cōsularibus. M. Catoni q cū multa uita excedens prouidit: tum & te Consulem non uidit. Maxime uero Consulatum meū CN. Pompeius pbauit: qui ut me primū decedēs ex syria uidit complexus: & gratulans meo bñficio patriam se uisurū esse dixit: Sed quid singulos cōmemoro? frequentissimo Senatui sic placuit: ut esset nemo qui mihi non (ut parenti) gratias ageret: qui non mihi uitam suam: liberos: fortunam. R. P. referet acceptum. Sed quoniam illis quos noīaui: tot & talibus uiris. R. P. orbata est. Veniamus ad eos q duo e consulari numero reliqui sūt. L. Cotta uir summo ingenio: summaq; prudentia rebus iis gestis quas tu reprehendis: supplicationē decreuit uerbis amplissimis: eiq; illi quos modo nominaui Consulares Senatusq; cunctus assensus est. qui honos post conditam hanc urbem habitus est togato ante me nemini. L. Cę. auunculus tuus: qua oratione: quā constantia: quā grauitate sententiam in sororis suę uirum dixit uictricum tuum? Hunc tu cum auctorem & pręceptorem omniū consiliorū totiusq; uitę debuisses habere: uictrici te similē quā auunculi esse maluisti: huius ego alienus consiliis Consul usus sum: tu sororis filius: quid ad eum de Re. p. unq̄ retulisti? Ad quos refert dii īmortales? ad eos s. quorū nobis etiā dies natales audiēdi sunt: hodie non descendit Antonius: cur? dat natalia in hortis: cui? neminem nominabo: putatote eū phormioni alicui: tum Gnatoni: tum Balioni. O foeditatem homīs flagitiosam: O impudentiā:

nequitiam: libidinē: non ferendam: tu cum principem Senatorem/ciuem singularem/tam ꝓpinquū habeas: ad eum de R. P. nihil refers? ad eos refers qui domum suam nullam habent: tuā exhauriunt. Tuus uidelicet salutaris Consulatus: perniciosus meus? adeo ne pudorem cum pudicitia perdidisti? Vt hoc in eo templo dicere ausus sis: in quo ego Senatum illum qui quondam florens orbi terrarum presidebat: consulebam: tu homines perditissimos cum gladiis collocauisti? At etiam ausus es: quid autem est quod tu nō audeas? Cliuum Capitolinū dicere me cōsule plenū seruorū armatorū fuisse. Vt illa credo nefaria Senatus ↄsulta/tunc cū ferebantur afferebam Senatui? O miserum siue illa tibi nota non sunt: nihil enim boni nosti: siue sunt: qui apud tales uiros tam impudenter loquare? Quis enim eques Romanus? quis preter te adulescēs nobilis? Quis ullius ordinis/qui se ciuem meminisset/cum Senatus in hoc templo esset/in Cliuo capitolino non fuit? Quis nomen non dedit? quanquam nec scribe sufficere: nec tabule nomina illorum capere potuerunt: etenim cum homines nefarii de patrie parricidio confiterentur/cum consciorum indiciis sua manu uoce pene litterarum coactisse Vrbem inflammare: ciues trucidare/uastare italiam/delere Rem. pu. consensissent: quis esset qui ad salutem cōmunem defendendam non excitaretur? prestim cum. S. P. q. R. haberet ducem: qualis siquidē nunc esset: tibi idem quod illis accidit/contigisset. Ad sepulturā corpus uictrici sui negat a me datū. Hoc uero ne. P. quidem Clodius dixit unq̄? quem quia iure fui ei inimicus/doleo/a te iam oībꝫ uitiis

esse superatum. Qui autem tibi uenit in mentem, redigere in memoriã nostram te domi. P. Lentuli esse educatũ: an uerebare ne nõ putaremus natura te potuisse tam improbum euadere: nisi accessisset etiam disciplina. Tam autem eras excors: ut tota in oratione tecũ ipse pugnares: ut nõ modo nõ coherentia inter se diceres: sed maxime disiuncta atq; contraria: ut non tanta mecũ, quanta tecũ tibi esset cõtentio. Victricũ tuũ in tanto fuisse scelere fatebare: poena affectũ querebare. Ita quod ꝓpriũ meũ est, laudasti: quod totius Senatus est reprehendisti. Nam cũ cõprehensio sontiũ mea, animaduersio Senatus fuit: homo desertus non intelligit eum quem contradicit laudari a se: eos apud quos dicit uituparí. iam illud cuius est non dico audacię: cupit enim se audacem dici: sed quod minime uult stultitię: qua uincit omnes: cliui Capitolini mentionem facere, cum inter subsellia nostra uersentur armati. Cum in hac cella Concordię, o dii immortales, in qua me Consule salutares sententię dictę sunt, quibꝫ ad hãc diem uiximus, cũ gladiis homines collocati stent. Accusa Senatum: accusa equestrem ordinem: qui tum cum Senatu copulatus fuit: accusa omnes ordines, omnes ciues: dum confiteare hunc ordinem hoc ipso tempore ab ityreis circumsederi. Hęc tu non propter audaciam dicis tam impudenter: sed qui tantarum rerum repugnantiam nõ uideas: nihil profecto sapis. Quid est enim dementius: q̃ cum ipse contra Rem. pu. perniciosa arma ceperis: obicere alteri salutaria. At etiam quodam in loco facetus esse uoluisti: quã id dii boni nõ decebat: in quo est tua culpa nulla: aliquid enim salis ab uxore

mima trahere potuisti: Cedant arma togę. Quid? tum non ne cesserunt? At postea tuis armis cessit toga. Queramus igitur utrū melius fuerit libertati. R. P. sceleratorū arma: an libertatē nostram armis tuis cedere? Nec uero tibi de uersibus rn̄debo: tn̄ dicam breuiter: nec illos: nec ullas te omnino lrās nosse. me nec. R. P. nec amicis unq̄ defuisse. & tn̄ omni genere monumentorum meorum perfecisse. Vt meę Vigilię, meęq; litterę, & iuuentuti utilitatis & nomini Romano laudis aliquid afferrent. Sed hoc non huius temporis. ad maiora ueniamus. P. Clodium meo consilio interfectū esse dixisti. Quid nam homines putarent, si tum occisus esset: cum tu illum in foro spectante. P. R. gladio stricto insecutus es? negotiūq; transegisses: nisi ille se sub scalas tabernę librarię coniecisset? iis cōppilatis impetū tuum cōpressisset? quod quidē ego fauisse me tibi fateor: suasisse ne tu quidem dicis. At Miloni ne fauere quidem potui. prius enī rem transegit: quā quisquam tum suspicaret eum facturum esse. At ego suasi. scilicet is animus erat Milonis ut pdesse R. P. sine suasore nō posset. At letatus sum: quid ergo in tanta letitia cunctę ciuitatis me unū tristem esse oportebat? quanq̄ de morte. P. Clodii fuit questio nō satis prudenter illa quidē constituta: Quid enim attinebat noua lege queri de eo: qui hominem occidisset: cū esset legibus questio constituta? Quesitum est tamen. quid ergo? cum res agebat, nemo in me dixit, & tot annis post tu es inuentus qui diceres. Quod uero dicere ausus es: idq; multis uerbis, opera mea Pompeium a Cęsaris amicitia esse disiunctum: ob eamq; causaz, mea culpa ciuile bellū

esse natum : in eo non tu quidem tota re : sed quod maximũ est temporibus errasti . Ego . M . Bibulo prętantissimo ciue Consule / nihil ꝑtermisi / quantũ facere / enitiqꝫ potui : quin Pompeium a Cęsaris cõiunctione auocarem . In quo Cę . fuit fęlicior : Ipse eni Pompeium a mea familiaritate disiunxit . Postea uero quam se totum Pompeius Cę . traddidit : Quid ego illũ ab eo distrahere conarer ? Stulti erat sperare : suadere impudentis . duo tamen tempora inciderunt / quibus aliquid contra Cęsarẽ Pompeio suaserim . ea uelim reprehendas / si potes . Vnum nę quinquennii imperium Cę . prorogaretur . alterum ne pateretur fieri : ut absentis eius ratio haberetur : Quorum si utrumuis persuasissem : In has miserias nunq̃ incidissemus . Atqꝫ idẽ ego / cum iam omnes opes suas / & Rei . pu . Pompeius ad Cęsarem detulisset / seroqꝫ eadem sentire cepisset : quę ego multo ante prouideram : inferriqꝫ patrię bellum nefariũ uiderem / pacis / cõcordię / compositionisqꝫ auctor esse non destiti . meaqꝫ illa uox est nota multis . Vtinã CN . Pompei cum . C . Cę . societatẽ : aut nunq̃ coisses : aut nunq̃ diremisses . Fuit alterum grauitatis : alterũ prudentię tuę . Hęc mea . M . Antoni semp & de Pompeio / & de . R . P . consilia fuerunt : quę si ualuissent . R . P . staret : Tu tuis flagitiis : egestate infamia ocidisses : Sed hęc uetera . Illud uero recens : Cęsarem meo consilio interfectum . Iam uereor . P . C . ne / quod turpissimum est / preuaricatorem mihi apposuisse uideear : qui me nõ solum meis laudibus ornaret : sed etiam honoraret alienis . Quis enim meum in ista societate gloriosissimi facti nomẽ audiuit ? Cuius autem qui in eo numero fuisset nomẽ

est occultatum? Occultatum dico? Cuius non stati diuulgatum? Citius dixerim iactasse se aliquos ut fuisse in ista societate uiderentur socii: cum socii non fuissent: quā ut quisquam celare uellet. Quam uerisimile porro est in tot hoībus partim obscuris: partim adolescentibus neminem occultantibus: meum nomen latere potuisse? Etenim si auctores ad liberandum patriam desiderarētur: illis auctoribus Brutos ego impellerem? quorum uterqꝫ. L. Bruti imaginem quotidie uideret: alter etiā Abale. His igit̃ maioribus orti ab alienis potius consilium peterent: q̃ a suis? & foris potius: q̃ domi? Quid. C. Cassius in ea familia natus: quę non mō domi natum: sed ne potentiam quidem cuiusquā ferre potuit, me auctorem credo desiderauit? Qui etiam sine iis clarissimis uiris, hanc rem in Ciliciā ad hostium fluminis Cydni confecisset: si ille ad eā ripam quā cōstituerat: nō ad cōtrariā nauis applicuisset. CN. Domitium: nō patris interitus clarissimi uiri: non auuculi mors: nō spoliatio dignitatis ad recuperandam libertatem: sed mea auctoritas excitauit? an. C. Trebonio persuasi: cui ne suadere quidem ausus essem. Quo etiā maiorem ei. R. P. gratiam debet: qui libertatem. P. R. unius amicitię ꝑposuit: depulsorqꝫ dominatus: quā particeps esse maluit. An. L. Tullius Cimber me est auctorem secutus? quem ego magis fecisse illā rem sum admiratus: quā facturum putaui? admiratus autē sum ob eam causam quod immemor beneficiorū: memor patrię fuisset. Quid duos Seruilios Cascas dicam an Ahalas? & hos auctoritate mea censetis excitatos: potiusq̃ charitate. R. P.? Longū est ꝑseq

ceteros . Idq̄ . R . P . preclarum fuisse : tum multo ipsis gloriosius est . At queadmodū me coarguerit homo acutus recordamini Cę . stati interfecto inqt cruentum alte extollens . M . Brutus pugionem . Ciceronem nominatim exclamauit . Atq̄ ei recuperatam libertatem est gratulatus . Cur mihi potissimum ? qui sciebam : inde ne illa causa fuerit appellandi me : quod cum rem gessisset consimilem rebus iis quas ipse gesseram me potissimū testatus est : se emulum mearum laudum extitisse . Tu autē omnium stultissime non intelligis : si id quod me arguis uoluisse Cę . interfici crimen sit etiam letatū esse morte Cęsaris crimen esse . Quid enim interest inter suasorem facti : & probatorem ? Aut quid refert utrum uoluerim fieri : an gaudeam factum ? Et quis est igitur : te excepto : qui illum regnare gaudebas : q illud aut fieri noluerit : aut factū improbarit ? Omnes enī in culpa : Etenim omnes boni quantū in ipsis fuit Cęsarem occiderunt : aliis consilium : aliis animus : aliis occasio defuit : uolūtas nemini . Sed stuporem hominis : uel dicam pecudis : attendite . Sic enī dixit . M . Brutus : quem ego honoris causa nomino cruentum pugionem tenens . Cicero exclamauit : ex quo intelligi debet eum conscium fuisse . Ergo ego sceleratus appellor a te : quem tu suspicatum aliquid suspicaris : Ille qui stillantem p̄ se pugionem tulit : is a te honoris causa nominatur . Esto sit in uerbis tuis hic stupor : quanto in rebus sententiisq̄ maior : cōstitue hoc Consul aliquando : Brutorum . C . Cassii . CN . Domitii . C . Trebonii

reliquorum : quam uelis causam esse : edormi crapulam inquã | & exhala : an faces admouendę sunt : quę te excitent tantę causę indormientem ? Nunq̃ ne intelligis statuendum tibi esse | utrum illi qui istã rem gesserunt homicidę rei sint : an uindices libertatis ? Attende enĩ paulisp : cogitationemq̨ sobrii hominis ad punctum temporis suscipe . Et ego qui sum illorũ : ut ipse fateor : familiaris : Vt a te arguor socius | nego quicq̃ esse medium : Confiteor eos (nisi liberatores . P. R . Conseruatoresq̨ . R. P. sint) plusq̃ sicarios : plusquam homicidas : plus etiam q̃ parricidas esse . Si quidem est atrocius patrię parentẽ : q̃ suum occidere . Tu homo sapiens | & considerate quid dicis ? Si parricidę cur honoris causa a te sunt | & in hoc ordine | & apud . P. R . semper appellati . Cur . M. Brutus te referente | legibus est solutus ? si ab Vrbe plusquam decem dies abfuisset ? cur ludi apollinares incredibili . M. Bruti honore celebrati ? Cur prouincię Cassio | & Bruto datę ? Cur questores additi ? Cur legatorum numerus additꝰ ? Atq̨ hęc acta per te : Nõ igitur homicidę . Sequitur ut liberatores tuo iudicio sint : quando quidem tertiũ nõ ẽ esse . Quid est num conturbo te ? Nõ enim fortasse satis : quę distinctius dicuntur | intelligis . Sed tamẽ hęc est summa conclusionis meę . Quoniam scelere a te liberati sunt : ab eodem te amplissimis pręmiis dignissimi iudicati sunt . Itaq̨ iam retexo orationẽ meam : Scribam ad illos | ut si qui quod a te mihi obiectum est querent | sit ne uerum | ne cui negent . Etenim uereor ne aut celatum me ab ipsis illis nõ

honestum : aut mutatum refugisse mihi sit turpissi-
mum . Quę enim res unq̃ prob sancte Iupiter non
modo in hac Vrbe : sed in omnibus terris est gesta
maior ? quę gloriosior ? quę commendatior : erit ho-
minum memorię sempiternę ? In huius me consilii
societate : tanq̃ in equum Troianum cum includi
principibus non recuso . Ago etiã gratias quoquo
animo facis . Tanta enim res est ut inuidiã istam :
quam tu in me uis concitare cum laude non com-
parem . Quid enim beatius illis : quos tu expulsos
a te prędicas & relegatos ? Qui locus est : aut tam
desertus : aut tam inhumanus : qui illos quo acces-
serint non affari : atq; appetere uideatur ? Qui hoĩes
tam agrestes qui se cum eos aspexerint non maxi-
mũ cepisse uitę fructũ putent ? Que uero tã ĩmemor
posteritas : quę tã ingratę litterę reperient : quę eorũ
gloriã non immortalitatis memoria prosequant̃ .
Tu uero ascribe me talem in numerũ . Sed unã rem
uereor ne non probes : si enim fuissem : non solum
Regem : sed regum etiam de . R . P . substulissem .
Et si meus stilus ille fuisset : Vt dicitur : mihi crede
non solum unum actum : sed totam fabulam con-
fecissem . quanq̃ si interfici Cęsarem uoluisse crimen
est . Vide quęso Antoni quid tibi futurum sit : quẽ
& Narbonę hoc cõsilium cum . C . Trebonio coe-
pisse notissimum est . Et ob eius consilii societatem
cum interficeret̃ . Cę . tum te a Trebonio uidimus
seuocari . Ego autem uide : q̃ tecum agam nõ ini-
mice : q; bene cogitasti aliquando laudo : quod nõ
indicasti gr̃as ago : quod non fecisti ignosco uirum

res illa querebat. Quod si te in iudiciũ qs adducat, usurpetq; illud Cassianũ cui bono fuerit, uide queso ne hereas: quanq̃ quidem illud fuit (ut tu dicebas) omnibus bono: qui uni seruire nolebãt: tibi tamẽ precipue: qui non modo nõ seruis: sed etiã regnas: qui maximo te ere alieno ad ędem Opis liberasti: q per easdem tabulas innumerabilem pecuniam dissipauisti. ad quẽ e domo Cę. tam multa delata sũt. Cuius domus questuosissima est falsorum cõmentariorum, & chirographorũ officina, agrorum, oppidorum, immunitatum, uectigalium flagitiosissimę nũdinę: Etenim quę res egestati, & ęri alieno tuo pręter mortem Cęsaris subuenire potuisset? Nescio quid conturbatus mihi esse uideris: nunquid subtimes? ne ad te hoc crimen pertinere uideatur? Liberabo te metu. nemo credet unq̃: non est tuũ de Re. p. bene mereri: habet istius pulcherrimi facti clarissimos uiros. R. P. auctores? Ego te dico tantum gaudere: fecisse nõ arguo: Respondi maximis criminibus: Nũc etiam reliquis respondendũ est: Castra mihi Pompei: atq; omne illud tempus obiecisti: quo quidem si: ut dixi: meũ consiliũ: auctoritasq; ualuisset, tu hodie egeres: nos liberi essemus. R. P. non tot duces, & exercitus ãmisisset. Fateor enim me (cum ea quę acciderunt prouiderẽ futura) tanta in mestitia fuisse: quanta cęteri optimi ciues: si idem prouidissent, fuissent. Dolebam: dolebam P. C. R. P. quondam uestris, meisq; conseruatam consiliis, breui tempore esse perituram. Neq; uero eram tam indoctus: ignarusq; rerum: ut frangerer

animo ꝓpter uitę cupiditatem: q̃ me manens con/
ficeret angoribus: dimissa molestiis omnibus libe/
rasset. Illos ego pstantissimos uiros lumina. R. P.
uiuere uolebam. tot Consulares. tot Pretorios. tot
honestissimos Senatores. Omnem preterea florem
nobilitatis: ac iuuentutis: tum optimorũ Ciuium
exercitus: qui si uiuerent (quis iniqua conditione
pacis: Mihi enim omnis pax cum Ciuibus bello
ciuili utilior uidebat) R. P. hodie teneremus: quę
sententia si ualuisset: ac non ii maxime (quorũ ego
uitę consulebam: spe uictorię elati obstitissent: Vt
alia omittam: tu nunq̃ in hoc ordine: uel potius
nunq̃ in hac Vrbe mansisses. At uero. CN. Pom/
pei uoluntatem a me abalienabat oratio mea? An
ille quenq̃ plus dilexit? Cũ ullo aut sermones: aut
consilia cõtulit sępius. Quod quidem erat magnũ:
De summa re dissentientes: in eadem consuetudine
amicitię permanere. Sed ego quid ille: e cõtra ille
quid & ego sentirem / & spectarẽ / uidebat. Ego in/
columitati Ciuium primum: & postea dignitati:
ille presenti potius consulebat. Quod autẽ haberet
uterq; quid sequeretur. idcirco tollerabilior erat nr̃a
dissensio. Quid uero ille Consularis uir: ac pene
diuinus de me senserit / sciunt qui eum pharsalica
fuga paphum prosecuti sunt. Nunq̃ ab eo mentio
de me: nisi honorifica: nisi plena amicissimi desi/
derii: cum me uidisse plus fateretur / se sperauisse
meliora. Et eius uiri nomine me insectari audes:
cuius me amicũ / te sectorẽ esse fateare? Sed omittatᷣ
bellũ illud: i quo tu nimium foelix fuisti: ne iocis
quidẽ respondebo: quibus me in castris usum esse
dixisti. Erant quidẽ illa castra plena curę. Veruntñ

hominés quamuis in turbidis rebus ſint: tamen ſi
modo homines ſunt interdum animis relaxantur.
Quod autem idem moeſtitiam meam reprehendit
idem Iocum magno argumento ſit me in utroq;
fuiſſe moderatũ. Hęreditatem mihi negaſti uenire.
Vtinam hoc tuũ uerum crimen eſſet. Plures amici
mei & neceſſarii uiuerent. Sed qui iſtuc tibi uenit
in mentem? Ego enĩ amplius ſextertium ducenties
acceptum hęreditabus retuli: quanq̃ in hoc genere
fateor foeliciorẽ eſſe te. Me nemo niſi amicus fecit
hęredem: ut cum illo cõmodo ſi quod erat animi
quidem dolor iũgeretur: te is quem nunq̃ uidiſti
Lucius Rubrius Caſſinas fecit hęredem. Et quidẽ
uide: q̃ te amarit is: qui albus an ater ſit fuerit ignorãs.
fratris filium pteriit. Q. Furii honeſtiſſimi equitis
Romani ſuiq; amiciſſimi quẽ palam hęredem ſemp
factitarat: ne nomen quidem perſcripſit: quẽ nunq
uiderat: ac ne unq̃ ſalutauerat fecit hęredem. Velim
mihi dicas: niſi moleſtũ eſt. L. Turſelius qua facie
fuerit: qua ſtatura: quo municipio: qua tribu: nil
ſcio inquies: niſi quę prędia habuerit. Igitur fratrẽ
exhęreditans te faciebat hęredem. In multas pterea
pecunias alieniſſimorũ hominum eiectis ueris hę-
redibus tanq̃ hęres eſſes inuaſiſti. Quanq̃ hoc maxĩe
admiratus ſum mentionem te hęredititatũ auſum
eſſe facere: cum ipſe hęreditatem paternam nõ ad-
iſſes. Hęc ut colligeres homo amentiſſime tot dies
in aliena uilla declamaſti? Quanq̃ tu quidem (ut tui
familiariſſimi dictitant) uini exalandi non acuendi
ingenii cauſa declamitas. at uero adhibes ioci cauſa
magiſtrũ ſuffragio tuo & cõpotorũ tuorũ Rhetorẽ:
cui conceſſiſti ut in te quę uellet diceret: Salſũ oĩno

ĩtelligit. Inde iter Alexandriã cõtra senatus aucto-
ritatem: contra religiones. Sed habebat ducẽ Ga-
binum qui cum quiduis rectissime facere posset
Quid tum. inde reditus? aut qualis? Prius ĩ ul-
timam galliam ex ęgypto: quam domum. quę aũt
erat domus? Suam enim quisq; domum tum ob-
tinebat. neq; erat usquam tua. domum dico:
Quid erat in terris ubi in tuo pedem poneres? p̃-
ter unum misenum: quod cum sotiis tamq̃ si sapo-
nem tenebas. Venisti e gallia ad questurã petendã:
Aude dicere prius ad patrẽ tuum uenisse: q̃ ad me:
Acceperam enim iam ante Cęsaris litteras ut mihi
satis fieri paterer a te. itaq; ne loqui quidem sum te
passus de gratia. postea custoditus sum a te: tu a
me obseruatus in petitione questurę. Quo quidẽ
tẽpore. P. Clodiũ approbante. R. P. ĩ foro es co-
natus occidere. Cunq; eam rem tua sponte cona-
rere: nõ impulsu meo: tamen ita prędicabas: te nõ
ęstimare (nisi illum interfecisses) unquam mihi p
tuis in me iniuriis satis esse facturum: In quo de-
miror cur Milonẽ impulsu meo rem illam ęgisse
dicas: cum te ultro mihi id illud deferẽtem nunq̃
sum adhortatus. quanquam si in eo perseuerares
ad tuam gloriam rem illã referri malebã: q̃ ad meã
gratiam. Questor es factus: deinde continuo sine
senatus consulto: sine sorte: sine lege ad Cęsarem
cucuristi. Id enĩ unum in terris egestatis: ęris ali-
eni: nequitię perditis uitę rationibus pfugium esse
ducebas. ibi te cum & illius largitionibus: & tuis
rapinis expleuisses: si hoc est explere: quod statim
effundas: aduolas egens ad tribunatum. ut in eo
magistrãtu si posses uictrici tui similis esses. Accipite

nunc quęso : non eaq ipse in se : atq in domesticū dedecus impure : atq intemperanter : sed quę in nos fortunasq nostras: idest uniuersam . R . P . ipie ac nefarie fecerit . Ab huius enim scelere omnium malorum principium natum reperietis . Nam cū L . Lentulo . C . Marcello cōsulib9 Kł . Januar . labentem : & prope cadentem . R . P . fulcire cuperetis: ipsiq . C . Cęsari si sana mente esset : consulere uelletis: tum iste uenditum : atq mancipatum tribunatum consiliis uris opposuit : ceruicesq suas ei subięcit securi : qua multi in minoribus peccatis occiderunt . In te autem . M . Antoni id decreuit senatus & quidem in columis non dum tot luminaribus extinctis: quod in hostem togatum decerni est solitum more maioꝝ . Et tu apud . P . C . contra me dicere ausus es: cum ab hoc ordine ego conseruator essem . tu hostis . R . P . iudicatus . Commemoratio illius tui sceleris intermissa est: nō memoria deleta . Dum genus hominum ? dum . P . R . nomen extabit : quod quidem erit (si per te licuerit) sempiternū . tua illa pestifera intercessio nominabitur . Quid cupide a senatu : Quid temere fiebat : cū tu unus adolescens uniuersum ordinem decernere . de salute . R . P . prohibuisti ? neq id semel . Sed sepius : neq tu tecū de Senatus auctoritate agi passus es . Quid autem agebatur : nisi ne delere & euertere . R . P . fūditus uelles ? Cum te neq principes ciuitatis rogādo : neq maiores natu monendo : neq . R . P . eques : aut senatus agendo deuēdita atq addicta sentētia mouere potuit ? Tū illud (multis ante tentatis) necessario tibi uulnus inflictū quod paucis ante te : quorū incolumis fuit nemo :

Tum contra te dedit arma hic ordo consulibus: reliquisq; imperiis: & potestatibus: quę nõ effugisses: nisi te ad arma Cęsaris cõtulisses. Tu tu inquam M. Antoni princeps. C. Cęsari perturbare omnia cupienti causam belli contra patriam inferẽdi dedisti. Quid enim aliud ille dicebat? quã causam clementissimi sui consilii: & facti afferebat: nisi qdẽ intercessio neglecta: ius tribunitium sublatum: circumscriptus esset Antonius? ommitto q̃ hęc falsa q̃ leuia: presertim cum õnino nulla causa iusta cuiquam esse possit: contra patriam arma capiendi. Sed nihil de Cęs. tibi certe confitendum est causam pernitiosissimi belli in persona tua constitisse! O miserum te si intelligis: hoc litteris mandari: hoc memorię prodi. huius reginę posteritatem quidẽ omnium seculorum unq̃ immemorem fore: cõsules ex italia expulsos: cunq; his. CN. Pompeiũ qui imperii. P. q;. R. decus: ac lumẽ fuit. omnes cõsulares qui per ualitudinẽ exequi fugam illam: clamq; potuisset pretores: pretorios TR. Pl. magnam partem senatus: omnem sobolem iuuentutis unoq; uerbo. R. P. expulsam. atq; exterminatã suis sedibus. Vt igitur in seminibus causa est arborum: & stirpium: sic huius luctuosissimi belli semẽ tu fuisti: Doletis tres exercitus. P. R. ĩterfectos: Interfecit Antonius. Desideratis clarissimos ciues: eosq; eripuit uobis Antoni9. Omnia denicq; quę postea uidimus: quid autẽ mali nõ uidimus? si recte ratiocinabimur uni accepta referemus. Antonio ut Helena troianis: Sic iste. R. P. cã belli: causa pestis: atq; exitii fuit. Relique partes tribunatus principio similes. Oĩa perfecit quę senat9 salua

R.P. ne fieri posset perfecerat. Cuius tamen scelus i scelere cognoscite. Restituebat multos calamitosos. In his patrui nulla mētio. Si seuerus / cur non in omnes? Si misericors / cur nō in suos? Sed ōmitto ceteros: Licinium Lenticulam: de alea cōdemnatū collusorem suum restituit. quasi uero ludere cum condemnato non liceret. sed ut quod in alea perdiderat beneficio legis dissolueret. Quam attulisti rationem Po Ro. cur eum restitui oporteret. absentem credo in reos relatum. rem indicta causa iudicatam nullum fuisse de alea lege iudicium ui oppressum & armis. Postremo q de patruo dicebatur pecunia Iudicium esse corruptum: nihil horum. At uir bonus & R.P. dignus: nihil id quidem ad rem. Ego tamen qm̄ condemnatum esse pro nihilo est: si ita esset: ignoscerem: hominem uero omnium iam nequissimum qui nō dubitaret uel in foro alea ludere: uel lege quę est de alea cōdemnatum: qui in integrum restituit is non aptissime studium suum ipse profitetur. In eodē uero tribunatu cum Cęs. in hispaniam proficiscens huic cōculcandum italiam tradidisset quę fuit eius pagratio itinerum? lustratio municipiorum? Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium uersari: eaq que dico: dicturusq sum notiora omnibꝫ esse qui in italia tum fuere: q̄ mihi qui non fui. Notabo tamen singulas res: & si nullo modo poterit oratio mea satisfacere scientię uestrę. Et enim quod unquam in terris tantum flagitium extitisse auditum est: tantam turpitudinem tātum dedecꝰ? Vehebatur in essedo. TR. PL. lictores laureati antecedebant: inter quos aperta lectica mima

portabať: quam ex opidis municipalibus : homines honesti obuiã necessario prodeuntes / non uero illo & inimico nomine: sed uolumniam salutabant. Sequebať Rheda cũ lenonibꝫ comites nequissimi. reiecta mater / amicam impuri filii tanquã nurum sequebatur. O miserę mulieris foecunditatem calamitosam. horum flagitiorum iste uestigiis / omnia municipia: pfecturas: colonias: totam denicp italiã impressit. Reliquorum fatorum eius. P.C. difficilis est sane reprehensio : & lubrice uersatus in bello est. Saturauit se sanguine dissimillimorũ sui ciuium. fuit foelix / si potest ulla esse ĩ scelere foelicitas. Sed qm ueteranis cautum esse uolumus: q̃q̃ dissimlis est militum causa / & tua: illi secuti sũt: tu quesiuisti ducem: tamen ne apud illos me in inuidiam uoces / nihil de genere belli dicam. Victor thessaliam Brundusium cũ legionibus reuertisti. ibi me non occidisti. magnum beneficium. potuisse enim fateor. quanquã nemo erat eorum qui tunc tecum fuerunt / qui mihi non cẽseret pci opportere. Tanta enim est charitas patrię ut uřis etiam legionibus sanctus essem: cp eam a me seruatã esse meminissẽt. Sed fac te dedisse mihi quod non ademisti: mecp a te habere uitam / quia / a / te non sit erepta. Liceat nunc mihi per tuas contumelias hoc beneficium sic tueri / ut tuebar: presertim cum te hęc auditurũ uideres. Venisti brũdusium in sinum quidem & complexum tuę mimulę. Quid est? Num mentior? Quam miserum est id negare non posse / quod sit turpissimum cõfiteri. Si te municipiorum non pudebat / ne ueterani quidẽ exercitus? Quis enim miles fuit qui

Brūdusii illā nō uiderit: quis qui nescierit uenisse eam tot dierum tibi uiam gratulatum? Quis qui non indoluerit tam sero se quem hominem secutus esset cognoscere? Italię rursus pcursatio eadem comite mima. in oppida militum crudelis & misera deductio. in urbe auri & argenti maximeq; uini foeda direptio. Accessit Cę. ignaro cum esset ille Alexandrię beneficio amicorū eius magister equitum constitueretur. tum existimauit se suo iure cum yppia uiuere. & equos uectigales Sergio mimo traddere. Quid ḡ istius decreta? quid rapinas quid hereditatum possessiones datas? quid ereptas proferam? cogebat egestas. quo se uerteret nō hababat. non dum ei tanta a L. Rubrio non a L. Tursecio hereditas uenerat. non dum in. CN Pompei locum: multorumq; aliorum qui aberant repentinus heres successerat. erat ei uiuendum latronum ritu: ut tantum haberet quantum rapere potuisset. Sed hec quę robustioris īprobitatis sūt ommittamus. Loquamur potius de iniquissimo genere leuitatis. Tu istis faucibus: istis lateribus: ista gladiatoria totius corporis firmitate tantū uini in yppię nuptiis exhauseras: ut tibi necesse esset ī. P. R. conspectu uomere postridie. O rem non modo uisu foedam: sed etiam auditu. Si inter coenam in tuis immanibus illis poculis hoc tibi accidisset: quis non turpe diceret? in cetu uero populi negotium publicū Regens magister equitū: cui ructare turpe esset is uomet frustis esculentis uinum redolentibus gremium suū: & totū tribunal īpleuit. Sed hoc ipse fatetur esse in suis sordibus. Veniamus ad splendida. Cęsar Alexandriam se recepit

multis rebus gestis .M. Antonii rem unam pul/
cherrimam transiliat oratio: Ad Lupercalia uenia/
mus. non dissimulat. P.C. apparet esse commotum
sudat: pallet . quidlibet modo ne nauseã faciat:
quod ĩ porticu Numitia fecit quę potest esse turpi/
tudinis tanta defensio: Cupio audire . ut uideã ubĩ
rhetoris tanta merces / Vbi campus leontinus ap/
pareat. Sedebat ĩ rostris Collega tuus amictus toga
purpurea: in sella aurea coronatus . ascẽdis: accedis
ad sellam: ita eras lupercus ut te esse Consulẽ memi
nisse deberes . Diadema ostẽdis : gemitus toto foro
Vnde diadema : Non enim abiecturus substuleras
sed attuleras domum meditatum / & cogitatũ sce/
lus: Tu diadema imponebas cum plangore populi
ille cum plausu recipiebat . Tu ergo unus scelerate
inuentus es / qui cum auctor regni inuentus esses:
eum quem Collegam regni habebas dominiũ ha/
bere uelles : & idem tẽptares : quid . P.R. ferre /
& pati posset . At etiam misericordiam captabas .
Supplex te ad pedes abiciebas : quid petens ! ut ser/
uires . tibi uni peteres: qui ita a puero uixeras ut
omnia paterere: ut facile seruires . a nobis . P. q; R.
mandatum id certe nõ habebas . O pręclaram illã
eloquentiam tuam : cum es nudus concionatus :
quid hoc turpius! Quid foedius ! Quid suppliciis
omnibus dignius Nũ expectas Dum te stimu/
lis fodiam. hęc te si ullam partẽ habes sensus lacerat
Hęc cruentat oratio . Vereor ne imminuam uirorũ
summorum gloriam. Dicã tamen dolore cõmotus
Quid indignius: q̃ uiuere eum qui imposuerit dia/
dema . cum omnes fateantur iure interfectum esse
qui abiecerit . At etiam inscribi iussit in fastis ad

lupcalia . C . Cęsaris dictatori perpetuo . M . Antonium Consulem populi iussu regnum detulisse : Cęsarem uti noluisse . Iam iam minime miror te otium perturbare : non modo Vrbem odisse : sed etiam lucē : cum perditissimis latronibus nō solū de die : sed etiam in diē uiuere . Vbi enim tu in pace consistes ? Qui locus tibi in legibus / & iudiciis esse potest: quę tu quantū dominatu regio substulisti ? Ne ideo ne . L . Tarqnius regno exactus . Sp . Cassius sp. Nelius . M . Manlius necati : ut multis post seculis . a Marco Antonio : q̃ fas non est rex Romę cōstitueretur . Sed ad auspicia redeamus de quib⁹ rebus idib⁹ martiis fuit in Senatu Cęsar acturus . Quero tū tu quid egisses ? Audiebā quidē te paratum uenisse : quod me de mentitis auspiciis quibus tamē parere necesse erat putares esse dicturum . Substulit illum diem fortuna . P . R . Tum etiam tuum de auspiciis iudicium interitus Cęsaris substulit . Sed incidi in id tēpus : quod his de reb⁹ in quas ingressa erat oratio pretereundum non sit / quę tua fuga ? quę formido illa die ? Quę propter conscientiam scelerum desperatio uitę ? Cum ex illa fuga beneficio eorum qui te : si sanus esses . saluum esse uoluerūt . Clam te domum recepisti ? O mea sēp frustra uerissima auguria rerum futurarum . Dicebam illis ī Capitolio liberatoribus nostris cum me ad te ire uellent : ut ad defendendam rem . P . te adhortarer ? quoad metueres omnia te promissurum : simul ac timere desiisses similem te futurum tui ? Itaq cum cęteri Cousulares irent / & redirēt in sententia māsi : neq te illo die : neq postero uidi : neq ullam societatē optimis ciuibus cum īportunissimo

hoste foedere ullo confirmari posse credidi. Post diem tertium ueni in ędem Telluris: equidem inuitus: Cum omnes aditus armati obsideret. Qui tibi ille dies. M. Antoni fuit? Quanquam mihi subito inimicus extitisti: tamen me tui miseret: quod tibi inuideris. Qui tu uir dii immortales / & quantus fuisses: si illius diei mentē seruare potuisses? Pacem haberemus quę erat facta per obsidem Puerum nobilem. M. Antonii filiū. M. Bambalionis nepotem. quanquā te bonum timor faciebat non diuturni magister officii: improbū fecit ea quę dum timor abest / a / te non discessit audacia. & si tum cum optimum te putabāt: me quidem dissentiente funeri tyranni illius sceleratissime pręfuisti. Tua illa pulchra laudatio: tua miseratio: tua cohortacio. Tu tu illas faces incēdisti: & eas quibus semiustum latus illius est: & eas quib9 incensa. L. Belieni domus deflagrauit. Tu illos impetus perditorū hominum & ex maxima parte seruorum quos nos ui: manu q; repulimus: in nostras domus immisisti. Idem tñ fuligine abstersa: reliquis diebus. in Capitolio pręclara. S. C. fecisti: nequa post idus Martias īmunitatis tabula neue cuiusq; beneficii figeretur Meministi ipse de exulibus. Scis de īmunitate quid dixeris: optimum uero quod dictaturę nomen in perpetuum de. Re Pu. sustulisti: quo quidem facto tantum te cepisse odium regni uidebatur: Vt regni eius omnē propter proximum dictatorem tollere metum. Cōstituta. R. P. uidebat' aliis: mihi uero nullo modo: qui omnia te gubernante naufragia metuebā. Num me igitur fefellit: aut nū diutius potuit

sui esse dissimilis . Inspectantibus uobis toto Ca/
pitolio tabulę figebantur : necq solum singulis ue/
niebant immunitates ! sed etiam populis uniuersis
Ciuitas non tum sigillatim : Sed prouinciis totis
dabatur . Itacq si hęc manent quę stante . R . P .
manere non possunt prouincias uniuersas . P . C .
perdidistis . necq uectigalia solum : Sed etiam im/
perium . P.R. huius domesticis nundinis dimi/
nutum est . Vbi est septies milies . Sextertiū quod
tabulis quęcq sunt ad ędem opis petebat . Funestę
quidem illius pęcunię ! Sed tamen si his quorum
erant non reddetur quę nos a tributis posset uindi/
care . Tu autem Sextertium quadringēties quod
ydibus Martiis debuisti : quonā mō ante . KL .
Aprilis habere desisti ! Quid ego de cōmentariis
infinitis . Quid de inumerabilib9 chirographis lo/
quar ! sunt ea quidem innumerabilia quę a diuersis
emebant' non insciente te : Sed unum egręgiū de
Rege deiotaro . P.R. amicissimo decretum in Ca/
pitolio fixum . quo proposito nemo erat qui in ipo
dolore risum posset continere . Quis enim cuiq̄
inimicior q̄ deiotaro Cęsar ! ęque atcq huic ordini .
ut equestri : ut Massiliensibus . ut omnibus qbus
rem . P . populi Ro . Caram esse sentiebat . Sed
igitur a quo uiuo nec presens : nec absens quicq̄ ęqui
boni impetrauit . apud mortuum factus est gratus !
compulerat hospitem presens computarat : pecu/
niam impetrarat . mei tetrarchiam ex grecis comi/
tibus suis collocarat . Armeniā abstulerat a Senatu
datam . hęc uiuus eripuit . reddidit mortuus . At
quibus uerbis ! modo ęqum sibi uideri : modo nō
iniquū : mira uerborum complexio . At ille nunq̄

semp enim absenti affui Deiotaro quicq̃ sibi quod nos pro illo postularemus ęqum dixit uideri:syngrafa sextertiũ centies per legatos uiros bonos: sed timidos/ & imperitos sine sua:sine reliquorum hospitũ Regis sententia facta in gyneteo. quo in loco plurimę res uenierẽ/& ueneũt.qua ex syngrafa quid sis acturus meditere cẽseo. Rex enim ipse sua spõte nullis commentariis Cęsaris simul atq audiuit eius interitum/ suo marte res suas recuperauit. Sciebat homo sapiens ius super hoc fuisse: ut quę tyranni eripuissent/ ea tyrannis interfectis/ ii quibus erepta essent/ recuperarent. Nemo igitur iure consultus:ne iste quidem qui tibi uni est iure consultus: per quem hęc agis ex ista syngrafa deberi dicit pro iis rebus quę erant ante syngrafam recuperatę. Nõ enim a te emit. sed prius q̃ tu suum sibi uenderes ipse possedit. Ille uir fuit: nos quidem contẽnẽdi qui auctorem odimus:acta defendimus. Quid ego de commentariis infinitis:Quid de innumerabilibus cyrographis loquar:quorum etiam imitatores sunt qui ea tanquam gladiatorum libellos palam uenditent: Itaq tanti acerui nũmorum apud istũ construuntur ut iam appendantur non numerentur pecunię. At q̃ ceca auaritia est: nuper fixa tabula est qua ciuitates locupletissimę Cretẽsium uectigalibus liberantur;statuiturq ne post. M. Brutum proconsulem sit Creta prouincia. Tu mentis es compos: tu non constringendus in Cęsaris decreto: Creta post. M. Bruti decessũ potuit liberari:cũ Creta nihil ad Brutũ: Cęs. uiuo pertineret: At huius uenditione decreti: ne nihil actum putetis/ prouinciã Cretã perdidistis. Omnino ullius

rei nemo fuit emptor cui defuerit hic uenditor . & de exulibus legem quam fixisti Cęsar tulit ? nullius insector calamitatem . tãtum queror primum eorum reditus ĩquinatos quorum causam dissimilẽ Cęsar iudicauerit : Deinde nescio cur reliquis idem non tribuas : neq₃ enim plusquam tres / aut quatuor reliqui sunt qui simili calamitate fuerit . Cur tua misericordia simili non fruuntur ? Cur eos habes in loco patrui ? de quo ferre cum de reliquis ferres noluisti . Quem etiam ad censuram petendam ĩpulisti : eamq₃ petitionẽ cõparasti / quę & risus hominum & querelas moueret . Cur autẽ ea comitia non habuisti ? An quia . tr . pl . fulmen sinistrum nunciabat ? Tua quid interest ? nulla auspicia tuorum sunt . cum sis religiosus . Quid eundem in septemuiratu nõne destituisti ? ĩteruenit enĩ : Quid metuisti . credo ne saluo capite negare non posses . omnibus eum contumeliis onerasti : quem patris loco : si menti ulla pietas in te esset colere debebas filiam eius sororem tuam eiecisti alia conditione quesita : ante perspecta Non est satis . pbri insimulasti pudicissimam feminam . Quid est quod addi possit ? contentus eo nõ fuisti . frequentissimo Senatu : KL . Ian . sedente patruo : hanc tibi esse cũ Dolobella odii causam ausus es dicere . q₃ ab eo sorori / & uxori tuę stuprum oblatum esse compisses : Quis interpretari potest impudentior ne qui in Senatu : An improbior qui in Dolobellam : an impurior patre audiente / an crudelior qui in illã miserã tam spurce : tam impie dixeris ? Sed ad cyrogropha redeamus : quę fuit tua cognitio : acta eni Cęsaris pacis causa confirmata sunt a Senatu : quę quidem

foelix / ut sibi qdē uidebatur : mea aūt sñia si quis
R.P. sit infoelix / foelix esse non potest . hasta po/
sita pro ęde Iouis statoris / bona : miserum me cō/
sumptis enī lachrimis tamen infixus animo hęret
dolor . bona inquam . CN . Pompei magni uoci
acerbissime subiecta precōis . una ī illa re seruitutis
oblita ciuitas ingemuit . Seruientibusq; animis
gemitus tū . P.R. liber fuit . Expectantibus om/
nibus quis nam esset tam impius ? tam demens :
tam diis / hominibusq; hostis : qui ad illud scelus
sectionis auderet accedere ? inuentus est nemo : pter
Antonium . Presertim cum tot essent circa hastam
illam qui alia omnia auderent . Vnus inuentus ē
qui id auderet : quod omnium fugisset & formidas/
set audacia . Tantus igitur te stupor oppssit . Vel ut
uerius dicam tantus furor : ut primum cum sector
sis isto loco natus . deinde cum Pompei sector nō
te execrandum . P.R. non detestabilem : non om/
nes tibi deos : omnes homines & esse inimicos /
& futuros scias ? At q̄ insolenter statim Helluo
inuasit in eius uiri fortunas : Cuius uirtute terri/
bilior erat . P.R. exteris gentibus iustitia Carior ?
In eius igitur copias cum se subito ingurgitauisset :
exultabat gaudio persona de minimo modo egēs :
repente diues . Sed ut est apud poetam / nescio quē
male parta : male dilabuntur . īcredibile / ac simile
portenti est : quo nam modo illa tam multa / . quā
paucis non dico mensibus . sed diebus effuderit .
Maximus uini numerus fuit . permagnum opti/
mi pondus argenti . preciosa uestis : multa / & lau/
ta suppellex / & magnifica multis locis : non illa q/
dem luxuriosi hominis : sed tamen abundantis .

Horum paucis diebus nihil erat. Quę caribdis tā
uorax? Caribdim dico quę si fuit | fuit animal uiuū:
Oceanus mediusfidius uix uidetur tot res | tam dis-
sipatas tam distantibus in locis positas | tam cito
assorbere potuisse. nihil erat clausum: nihil ob-
signatum: nihil scriptum. Apothecę totę nequis-
simis hominibus condonabantur. alia mimi ra-
piebāt: alia mimę. domus erat aleatoribus referta:
plena ebriorum. totos dies potabat̄: atq; id locis
pluribus. Suggerebantur etiam sępe: non enī sem-
per iste foelix: damna aleatoria conchiliatis. CN
Pompei peristromatis seruorū in cellis lectos stra-
tos uideres. Quamobrem desinite mirari hęc tam
celeriter esse consumpta. nō modo unius patrimo-
nium q̄uis amplissimū: ut illud fuit: sed urbes | &
regna tāta nequitia deuorare potuisset. At eiusdē
ędes etiam & hortos. O audaciam immanem: tu
ingredi illam domū ausus es? tu illud sanctissimū
limen intrare? tu illarum ędium diis penatibus os
importunissimum ostendere? quam domū aliquā-
diu nemo aspicere poterat: nemo sine lachrimis p̄-
terire. Hac te in domo tam diu diuersari non pu-
det? In qua quamuis nihil sapias: tamen nihil tibi
potest esse iocundum. An tu illa uestibula | rostra
spolia cum aspexisti | domū tuam te ītroire putas?
fieri non potest. quamuis enim sine mente: sine
sensu sis | ut es: tamen & te | & tua | & tuos nosti Nec
uero te unq̄ | neq; uigilantem: neq; ī somnis credo
mente posse consistere. Necesse est quamuis sis:
ut es uiolētus & furens cum tibi obiecta sit species
singularis uiri perterritū de somno excitari: furere
etiam sepe uigilantem. Me quidē miseret parietū

ipsorum : atq; tectorum . quid enim unquam domus illa uiderat : nisi pudicum ? nisi ex optimo more / & sanctissima disciplina ? fuit enim ille uir P.C. sicut scitis cum foris clarus : tum domi admirandus ? neq; rebus exteris magis laudandus : quam institutis domesticis. Huius in sedibus pro cubiculis / stabula : pro tricliniis / popinę sũt . Et si negat iam : nolite : nolite querere ? frugi factus est : Illã suam : suas res sibi habere iussit . Ex duodecim tabulis causam addidit : exegit q̃ porro spectatus ciuis q̃ probatus ? cuius ex omni uita nihil est honestius : q̃ quod cum Mima fecit diuortiũ . At quam crebro usurpat / & consul & Antonius ? hoc est dicere & consul / & impudicissimus : & consul & homo nequissimus . Quid enim est aliud Antonius ? Nam si dignitas significaretur in nomine : dixisset aliquando credo auus tuus & consulem & Antonium . nũq̃ dixit . dixisset etiã collega meus patruus tuus : nisi solus esses Antonius . Sed ommitto ea peccata quę non sunt earũ partium ꝓpria quibus tu R.P uexauisti . Ad ipsas tuas partes redeo : idest ad ciuile bellum . Quod natum : cõflatum / susceptum opa tua est . Cur ei bello tũ ꝓpter timiditatem tuam : & ꝓpter libidines defuisti ? Gustaras ciuilem sanguinem : uel potius exorbueras : fueras in acie pharsalica antesignarius . L . Domitium nobilissimum / & clarissimum uirum occideras . multos qui de prelio effugerant / quorũ Cęsar non nullos fortasse seruasset / crudelissime ꝑsecutus trucidaras . Quibus rebus tantis talibus gestis / quid fuit causę cur in Aphricam . Cęs . non sequerere ? cum ꝑsertim belli pars tanta restaret ? Itaq;

quę locū apud ipsum Cęsarem post eius ex aphrica reditum obtinuisti? quo numero fuisti? cuius tu imperatoris quęstor fueras? dictatoris magister equitum? belli princeps? crudelitatis auctor: pdę socius: testamenti ut ipse dicebat filius? appellatus es de pecunia: quā p domo: pro hortis: pro sectione debebas. Primo respondisti plane ferociter: & ne omnia uidear contra te: prope modū ęqua & iusta dicebas. A me .C. Cęsar pecuniā: cur potius quā ego ab illo: an ille sine me uicit? an ne potuit quidem. Ego ad illum belli ciuilis causam attuli: ego leges perniciosas rogaui. ego arma contra consules impatores q P.R.: contra Senatum. P. q R. contra deos patrios / arasq / & focos: contra patriā tuli? Num sibi soli uicit? quorum facinus cōmune: cur non sit eorum prędā cōmunis: ius postulabas Sed quid ad rem? plus ille poterat. itaq exclusis tuis uocibus: & ad te: ad prędas tuas milites misit: Cum repente a te pręclara illa tabula prolata: qui risus hominum de te erat? tantam esse tabulā / tā uarias: tam multas possessiones: ex quibus preter partem miseni nihil erat quod is qui auctionaret posset suū dicere. Auctiōis uero miserabilis aspectus? uestis Pompei: non multa: eaq maculosa: eiusdem quędam argentea uasa collisa. Sordidata mācipia? Vt doleremus quicq esse ex illis reliqis quod uidere possemus. Hanc tamen auctionem heredes. L. Rubii decreto Cęsaris prohibuerunt. herebat nebulo. quo se uerteret: non habebat. Quippe in his ipsis temporibus domi Cęs. pcussor ab isto missus deprehensus dicebatur esse cum sica. de quo Cęsar ī senatu apte ī te īuehens questus

Cesar egisset non ea quę Cęsarē egisse dixisset An/
tonius. unde ista erumpunt: quo auctore ꝓferūtur
si sunt falsa cur approbantur? si uera cur ueneunt?
at sic placuerat | ut ex. KL. Iuniis de Cęsaris actis
cum concilio cognosceretis: quod fuit consilium?
quem unquam aduocasti? Quas. KL. iunias ex/
pectasti. An eas ad quas te pagratis ueteranorum
coloniis stipatum armis te retulisti? O pręclaram
illam percursationē tuam mēse Aprili atq; Maio
tum cum Capuam deducere conatus es: quemad/
modum illam adieris: uel potius pene non adieris
scimus. Scimus enim cui tu Vrbi minitaris. uti/
nam conere | ut aliquando illud pene tollatur. At
quam nobilis est tua illa peregrinatio? Quid prā/
diorum apparatus? Quid furiosam uinolentiā tuā
proferam? Tua ista detrimenta sunt? illa nostra.
agrum Campanum | qui cum de uectigalibus exi
mebatur | ut militibus daretur: tamen infligi mag/
num. R. P. uulnus putabamus. hunc tu com/
pransoribus tuis & collusoribꝰ diuidebas. mimos
dico & mimas in agro. P. C. Campano collocatos.
Quid iam querar de agro Leontino? Quandoqdē
hę quondam arationes Campani & Leontini i. P.
R. patrimonio glandifere & fructuose ferebantur.
Medico iii iugerum: qd si te sanū fecisset. Rhe/
tori duo. qd si disertū facere potuisset. Sed ad iter
Italiamq; redeamus. Deduxisti coloniam casilinū
quo Cęsar ante deduxerat. Consuluisti me per lrās
de Capua. tu quidem: sed idem de Casilino respō/
dissem: posses ne ubi colonia esset eo coloniā nouā
iure deducere? Negaui in eam coloniam quę esset
auspicato deducta | dum esset incolumis | coloniā

nouam iure deduci / colonos nouos ascribi posse rescripsi. Tu autem insolentia elatus omni auspiciorum iure turbato Casilinum coloniam deduxisti: quo erat paucis annis ante deducta: Vt uexillum uideres & aratrum circumduceres. cuius quidem uomere portã Capuę pene pstrinxisti: Vt florẽtis colonię territorium minueretur. Ab hac religionũ perturbatione. Aduolas in. M. Varronis sanctissimi: atq; integerrimi uiri fundum cassinatẽ. Quo iure? quo ore? eodem inquies quo in heredum. L. Rubrii: quo ĩ heredum. L. Tursecii predia: quo ĩ reliquas innumerabiles possessiones: & si ab hasta ualeant tabulę: mõ Cęsaris: non tuę: quibus debuisti: non quibus tu te liberauisti. Varronis quidem Cassinatẽ fundum quis uenisse dicit? Quis hastam istius uenditionis uidit? quis uocem pconis audiuit? Misisse te dicis Alexandriam: qui emeret a Cęsare. ipsum enĩ expectare magnũ fuit. Quis uero audiuit unquam: nullius autem salus curę pluribus fuit. De fortunis Varronis rem ullã esse detractam. Quod si etiam scripsit ad te Cęsar ut redderes / Quid satis potest dici de tanta impudentia? Remoue gladios illos parumper quos uidemus. Iam intelliges aliã causam esse hastę Cęsaris: aliam confidentię & temeritatis tuę. Non enĩ te dominus modo illis sedibus: sed quiuis amicus uicinus / hospes / procurator arcebit. At quã multos dies in ea uilla turpissime es perbachatus? Ab hora tertia bibebatur / ludebatur. uomebatur: O tecta ipsa misera q̃ dispari domino: quãquam quomodo iste dominus. sed tamen q̃ a dispari tenebantur. Studiorum enim suorum. M. Varro

Barbarus ! Quam rudis ! Primum in Cęsarem maledicta congessit de prompta ex recordatione impudicitię/ & stuprorum suorum: Quis enim hoc adulescente castior ! Quis modestior ! Quod in iu/uentute habemus illustrius exēplum ueteris sanc/titatis ! Quis autem illo maledico impurior ! ig/nobilitatem obicit. C. Cęsaris filio: cuius etiam naturalis pater si uita suppeditasset: Consul factus esset. Aricina mater / trallianam / aut ephesinam dicere putes. Videte quam despiciamur omnes / qui sumus e municipiis / idest omnes plane. quotus enī quisq̄ non est ! Quod autem municipium non cō/temnit is qui Aricinum tantopere despicit. Ve/tustate antiquissimum ! Iure foederatum ! propin/quitate pene finitimum ! splendore municipum honestissimum ! hinc uoconię : hinc scatinię leges ! Hinc multę sellę curules / & patrum memoria & nr̄a. hic. equites. R. lautissimi plurimi & hone/stissimi. Sed si Aricinam uxorem non probas: cur ꝓbas Tusculanam / quanq̄ huius sanctissimę Foeminę/atq̄ optimę pater. M. Accius balbus im/primis honestus pretorius fuit. tuę coniugis bonę foeminę locupletis quidem certe bambalio quidam pater homo nullo numero. nihil illo contemptius: Qui propter hesitantiam linguę / stuporemq̄ cor/dis cognomen ex contumelia traxerit. Attauus huius nobilis tuditanus nempe ille qui cum palla & coturnis mimos populo de rostris spargere sole/bat. Vellem hanc contemptionem pecunię suis reliquisset: haberetis nobilitatem generis gloriosā: quid autem euenit ut Iulia natus ignobilis uidea/tur: cum tu eodem materno genere soleas gloriari

Quę porro amentię sunt eum dicere aliquid de uxorum ignobilitate: cuius pater Numitoriam Fregellianam proditoris filiam habuerit uxorem: ipse ex libertini filia susceperit liberos. Sed hoc Clarissimi Viri uiderint. L. Philippus qui habet Aricinam Vxorem. C. Marcellus qui Aricinę filiam: quos certe scio dignitatis optimarum foeminarum non penitere. idem etiam. Q. Ciceronem fratris mei filium compellat edicto: nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Quid enim accedere huic adulescenti potuit optatius: quam cognosci abhominibus Cęsaris consiliorum esse socium: Antonii furoris inimicum! At etiam gladiator ausus est scribere: hunc de patris & patrui parricidio cogitasse. O admirabilem impudentiam audaciam temeritatem in eum adulescentem hęc scribere audere: quem ego: & frater meus propter eius suauissimos: atq; optimos mores pręstantissimumq; ingenium certatim amamus! omnibus horis: oculis: auribus: complexu tenemus. Nam in eisdem me edictis nescit: ledat an laudet Cum idem supplicium minatur optimis ciuibus quod ego de sceleratissimis sumpserim. laudare uidetur quasi imitari uelit: Cum autem illam pulcherrimam facti memoriam refricat tum a suis similib; īuidiā aliquā im me cōmoueri putat. Sed ipse quid fecit! Cum tot edicta posuisset edixit ut adesset Senatus frequēs ad. viii. KL. decēbris. eo die ipe nō affuit. At quō edixit. Hęc sūt ut opinor uerba in extremo. Si quis nō affuerit hūc omes

est. Proficiscitur in hispaniam Cęs. paucis tibi ad soluendum ꝓpter inopiam tuam prorogatis diebus: ne tum quidem sequeris: tam bonus gladiator rudē tam cito accepisti? hunc igitur quisq̃: qui in suis partibus: idest in suis fortunis tam timidus fuerit: pertimescat? profectus est tandem aliquando in hispaniam: sed tuto ut ait peruenire non potuit: Quo nā modo igitur Dolobella peruenit? aut nō suscipienda fuit ista causa Antonii: aut cum suscepisses defendenda usq; ad extremū. ter depugnauit Cęsar cū ciuibus ī Thessalia: Aphrica: Hispania. Omnib9 affuit his pugnis Dolobella. In hispaniensi etiā uulnus accepit. Si de meo iudicio quęris: nollem? sed tamen consiliū a principio reprębēdēdum: laudanda constantia. Tu uero quis es? CN Pompei liberi primum patriam repetebant. Esto fuerit partium hęc causa communis. repetebant pręterea deos penates / patrios; aras: focos / larem suum familiarem: in quę tu inuaseras Hec cū peterent armis ii quorum erant legibus / & si ī reb9 īiquissimis quid potest esse ęqui? Tamē erat ęquissimum contra. CN. Pompei liberos. CN. Pompei pugnare sectorem. An tu Narbonę in mensas hospitum cum uomeres. Dolobella pro te in hispania dimicaret? Qui uero Narbona reditus? & tamen quęrebat cur ego ex ipso cursu tam subito reuertissem. Exposui nuper. P.C. causam reditus mei. Volui etiam si possem ante. KL. Ian. ꝓdesse R.P. nam quod quęrebas quomodo redissem? primum luce: non tenebris? deinde cum Calceis & toga? nullis nec caligis: nec lacerna. At etiam aspicis me / & quidē ut uideris iratus: ne tu mecū

iam in gratiā redeas : si scias q̄ me pudeat nequitię
tuę / cuius te ipsum non pudet . Ex omnium om/
nibus flagitiis / nullum turpius uidi : nullum au/
diui / q̄ quod qui magister equitū fuisse tibi uiderere :
in ꝓximum annum consulatū peteres : uel potius
rogares ! id ꝙ per municipia : coloniasꝙ Gallię / a
qua tum consulatus noster petebatur : nō rogabat :
Petere cōsulatum solebamus : cum caligis / & lacer/
na cucurristi . At uidete leuitatem . Cum hora diei . x .
fere ad saxa rubra uenisset : delituit in quadā Cau/
ponula : atꝙ ibi se occultans ꝓpotauit ad uesperū
Inde cassia celeriter ad Vrbem aduectus / domum
uenit capite īuoluto . Ianitor quis tu ! a Marco ta/
bellarius . Confestim ad eam cuius cā uenerat de/
ducitur ! eiꝙ epistolam traddidit . Quam cum illa
legeret flens : erat enim amatorie scripta . Caput aūt
litterarum : sibi cum illa mima post hac nihil futu/
rum : omnem se amorem abiecisse illinc : atꝙ ī hāc
transfudisse : Cū mulier fleret uberius : homo mise/
ricors ferre non potuit . caput aperuit : in collū eua/
sit . O hominem nequam . quid enim aliud dicā
magis ꝓprie : nihil aliud possum dicere ! Ergo te ut
cathamitum : neꝙ oppinato cum offendisses / ꝓter
spem mulier aspiceret . Idcirco Vrbem terrore noct/
urno . Italiam multorum dierum metu perturbasti :
Et domi quidem causam amoris habuit ! foris etiā
turpiorem . Ne . L . Plaucus prędes tuos uenderet
productus in contione . a . T R . PL . cum respō/
disses te rei tuę causa uenisse . Populum in te dicacē
etiā reddidisti . Sed nimis multa de nugis . Ad ma/
iora ueniamus ! Cęsari ex Hispania redeūti / obuiā
longissime processisti . Celeriter isti : & redisti : ut

cognosceret te si minus fortem : attamen strenuum factus ei rursus nescio quomodo familiaris . habebat hoc omnino Cęsar : quem plane perditum ęre alieno : egentemque si eundem nequam hominem : audacemque cognouerat : hunc in familiaritatē libētisse recipiebat. His igitur rebus pręclare cōmēdatus iussus est renunciari Consul / & quidem cum ipso. nihil quero de Dolobella : qui tum est ĩpulsus: elusus : inductus . Qua in re quanta fuerit utriusque uestrum pfidia in Dolobellam quis ignorat. Ille induxit ut peteret : pmissum / & receptum ĩteruertit ad seque transtulit. Tu eius perfidię uoluntatē tuam ascripsisti . Veniunt . KL. Ian. cogimur in senatū Inuectus est copiosius multo in istum : & paratius Dolobella : q̄ nunc ego . Hic autē iratus quę dixit dii boni . Cum primum Cęsar ostendisset se prius q̄ proficisceretur Dolobellam Cōsulem esse iussurū quē negant regem / qui & faceret semper eiusmodi aliquid / & diceret. Sed cum Cęsar ita dixisset / tū hic bonus augur / eo se sacerdotio preditū esse dixit ut comitia auspiciis uel impedire : uel uitiare posset : Idque se facturum esse asseuerauit : In quo primū incredibilem stupiditatem hominis cognoscite. & enī istuc quod te sacerdotii iure facere posse dixisti si augur nō esses : & Consul esses minus facere potuisses ! Vide etiam ne facilius . Nos enim nuntiationem solum habemus ! Consules / & reliqui magistratus etiam inspectionem . Esto hoc imperite: nec enim ab homine nunq̄ sobrio postulanda prudentia : Sed uidete impudentiā multis ante mēsibus in Senatū dixisse Dolobellę comitia aut pbitum auspiciis : aut id facturum esse quod fecit . Quisq̄

ne diuinare potest quid uicii in auspiciis futurum sit: nisi qui de cęlo seruare constituit: quod neque licet comitiis per leges: & si quis seruauit non habitis comitiis: sed priusq̃ habeantur debet nũtiare Verum implicata inscitia impudentia est: si nescit quod augurem: nec facit quod pudentem decet. Atq; illo die recordamini eius usq; ad ydus Martias consulatũ. Quis unq̃ apparitor tam humilis tã abiectus? nihil ipse poterat: omnia rogabat. Caput aduersam letticam inferens / beneficia quę uẽderet a Collega petebat: Ecce Dolobellę comitiorũ dies sortitio prerogatiuę / quiescit / renuntiatur: tacet: prima classis uocatur: renunciatur. Deinde ut assolet suffragia. Tũ secũda classis uocatur quę omnia citius sunt facta: q̃ dixi. Confecto negotio bonus Augur Leliũ diceres: alio die ĩquit. O impudẽtiã singularẽ: quid uideras? quid senseras quid audiueras? Nec enĩ te de coelo seruasse dixisti? necq; hodie dicis. Id igit᷑ obuenit uiciũ. Quod tu iam KL. Ian. futurũ esse prȩuideras? & tanto ante prȩdixeras. Ergo magna hercule ut spero tua potius: q̃ R.P. calamitate ementitus es. auspitia obstrinxisti P.R. religione? augur auguri: Consul Consuli nũtiauisti. Nolo plura: ne acta Dolobellę uidear cõuellere / quę necesse est aliquãdo ad nostrũ collegiũ deferantur. Sed arrogantiam hominis: insolẽtiam q; cognoscite? quam diu tu uoles uitiosus Consul Dolobella. rursus cum uoles saluis auspitiis creatus. Sed si nihil est Cum augur his uerbis nuntiat / quibus nuntiasti: Confitere te cum alio die dixeris sobrium non fuisse. Sin est aliqua uis ĩ istis uerbis ea quę sit Augur a Collega requiro. Sed ne forte

uoluit esse illud non libidinum diuersorum. Quę
in illa uilla ante dicebantur? Quę cogitabantur?
Quę litteris mandabantur? Iura. P. R. monu-
menta maiorum. omnis sapientię ratio / omnisque
doctrina. At enim te inquilino: nō enim domino:
personabant omnia uocibus ebriorum. natabant
pauimenta uino. madebant parietes. Ingenui pu-
eri cum meritoriis: scorta inter matresfamilias
uersabantur. Casilino salutatum ueniebant. A quo
interanna admissus ē nemo. iure id quidem. in ho-
mine enim turpissimo obsolebant dignitatis in-
signia. Cum inde Romam proficiscēs ad Aquinū
accederet obuiam ei processit (ut est frequens mu-
nicipium) magna sane multitudo. At iste operta
lectica latus est per oppidum ut mortuus. Stulte A-
quinates. sed tamen in uia habitabant. quid Ana-
gnini? qui cum essent deuii obuiam ei descenderunt:
ut istum tanquā si esset Consul salutarent. Incredi-
bile dictu. Sed cum nimis inter omnes constabat
neminem esse resalutatum. Presertim cum duos
secum anagninos haberet Mustellā & Laconem:
quorum alter gladiatorum est princeps. alter pocu-
lorum. Quid ergo illas istius minas: contumelias
quid commemorem / quibus inuectus est ī Sidicinos?
Vexauit puteolanos: quod. C. Cassium: quod Brutos pa-
tronos adoptassent. Magno quidem iudicio. stu-
dio: beniuolentia: charitate non: ut te ut basillum
ui & armis & alios uri similes? quos clientes ne-
mo habere uelit / non modo esse illorū cliens. Inte-
rea dum tu abes / qui dies ille Collegę tui: Cum illud
quod tu uenerari solebas bustum in foro euertit?
Quare tibi nuntiata / ut constabat inter eos / qui una

fuerunt cōcidisti. quid euenerit postea nescio. me/
tum credo ualuisse / & arma. Collegam quidē de celo
detraxisti: effecistiq; non tu quidem etiam nunc
ut sit similis tui: sed certe ut dissimilis esset sui. Qui
uero reditus inde Romam? Quę perturbatio to/
tius Vrbis? Memineramus Cinnam nimis potē/
tem. Syllam postea dominantem. Cęsarē regnantē
uideramus. erant fortasse gladii? Sed tamen ab/
scondisti / nec ita multi. Ista uero quę / & quāta bar/
baria est? Agmine quadrato cum gladiis secuntur
scutati milites. Lecticas portari uidemus: atq; his
quidem iam inueteratis. P.C. consuetudine ob/
duruimus. KL. Iun. cum in Senatum ut erat cō/
stitutum / uenire uellemus: metu perterriti repente
diffugimus. At iste qui Senatu non egeret: neq;
desiderauit quemq;: & potius discessu nostro lętatus
est: statimq; illa mirabilia facinora effecit. qui chi/
rographa Cęsaris defendisset. Lucri sui causa / his
leges Cęsaris / easq; pręclaras / Vt R.P. cōcutere
posset / euertit. Numerum annorum prouinciis p/
rogauit. Ideq; cum actorum Cęsaris defensor esse
deberet: & in publicis / & ī priuatis rebus acta Cę/
saris rescidit. In publicis actis nihil est lege grauius:
In priuatis firmissimum est testamentum. leges
alias sine promulgatione substulit. alias ut tolleret /
promulgauit. Testamentum irritum fecit? Quod
etiam infimis ciuibus semper obtentum est. signa
tabulas / quas populo Cęsar una cum hortis legauit:
eas hic partim in hortos pompei deportauit / ptim
in uillam Scipionis. Et tu in Cęsaris memoria di/
liges? Tu illum amas mortuū? Quem is maiorē
honorem cōsecutus erat: quā ut haberet puluinar

ſimulachrum : faſtigium ? flaminem . Eſt ḡ flamen ut Ioui: ut Marti / ut Quirino / ſic diuo Iulio . M. Antonius . Quid igitur Ceſſas ? Cur non inaugurare ? ſume diem : uide qui te inauguret . Collegę ſumꝰ : nemo negabit . O deteſtabilem hominē . ſiue ꝗ tyranni ſacerdos es . ſiue ꝗ mortui . Quero deinceps num hodiernus dies quis ſit ignores ? neſcis heri . quartum in Circo diem ludorū Romanorum fuiſſe ? te autem ipſum ad populum tuliſſe ut quintus . preterea dies Cęſari tribueretur ? Cur non ſumus ꝑtextati ? Cur honorem Ceſaris tua lege datū deſeri patimur ? An ſupplicationes addēdo diem contaminari paſſus es . Puluinaria noluiſti ? aut undiqꝫ religionem tolle . aut uſqꝫ quaqꝫ conſerua . Quę res placeat ne mihi puluinar eſſe faſtigium flaminē : Mihi uero nihil iſtorum placet . Sed tu qui acta Cęſaris defendis / quid potes dicere cur alia defendas : alia non cures : niſi forte uis fateri te omnia queſtu tuo : non illius dignitatis metiri : Quid ad hęc tandem ? Expecto eloquentiam tuam . diſertiſſimum cognoui Auum tuum . at te & apertiorē in dicendo : Ille nunꝗ̄ concionatus eſt nudus . tuum hominis ſimplicis pectus uidimus . Reſpondebis ne ad hec ? aut omnino hiſcere audebis ? & quid reperies . ex tam longa oratione cui te reſpondere confidas ? Sed preterita ōmittamus . hunc unum diem . hunc unum inquam hodiernum diem . hoc punctum temporis : quo loquor : defende ſi potes : Cur armatorū corona Senatus ſeptus eſt ? Cur me tui ſatellites cum gladiis audiunt / cur ualuę Concordię non patent ? cur homines omnium gentium maxime barbaros it̄er eos cū ſagictis deducis ī forū

p̄sidii sua causa se facere dicit. Non ne igit᷑ milies perire est melius: quā in sua ciuitate sine armatoꝝ presidio non posse uiuere. Sed nullū est istuc: mibi crede: presidium. Charitate / & beniuolentia ciuium septum oportet esse: non armis. Eripiet extorquebit tibi ista. P.R. utinam saluis nobis. sed quoquo modo nobiscum egeris dum istis consiliis uteris non potes esse: crede mihi diuturnus. Etenī ista tua minime auara coniunx / quam ego sine contumelia describo / nimium debet diu. P.R. Pensionem tertiam: habet. P.R. ad quos gubernacula R.P. deferat: qui ubicunqȝ terrarum sunt. Ibi ē omne. R.P. presidium: uel potius ipsa. R.P. quę se adhuc tantummodo ulta est: non dum recuperauit: Habet quidem certe. R.P. adulescentes nobilissimos paratos defensores ꝗ uolent illi / cedant otio consulentes. tamen a. R.P. Reuocabuntur Et nomē pacis dulce est! & ipsa res salutaris: Sed inter pacem / & seruitutem plurimum interest. Pax est tranquilla libertas: Seruitus postremum malorū omnium / non modo bello: sed morte etiam repellendū. Quod si se ipsos illi nostri liberatores e cōspectu nostro abstulerunt: At exemplum facti requirunt. Illi quod nemo fecerat / fecerunt: Tarqniū Brutus bello est persecutus: qui tamen Rex fuit cum esse Romę Regem liceret. Sp. Cassius. Sp. Melius. M. Manlius propter suspitionem regni appetendi sunt necati. Hi primi cum gladiis / non ī regnum appetentem Sed ī regnantē impetum fecerunt. Quod cū ipsum factum per se clarum: atqȝ diuinum est: tum expositum ad imitandum! presertī cum illi gloriam consecuti sunt quę

uix celo capi posse uideatur. Et si enim satis in ipsa
conscientia pulcherrimi facti fructus erat: tñ morta-
litate ĩmortalitatẽ non arbitror contemnendam.
Recordare igitur illum. M. Antoni diem quo
dictaturam sustulisti: Pone ante oculos letitiam
Senatus. P. q. R. confer cum nũmatione tua tu-
orumq; tum intelliges quantum inter laudem &
lucrum intersit: Sed nimirum ut quidam morbo
aliquo: & sensus stupore suauitatem cibi non senti-
unt: Sic libidinosi / auari / facinorosi / uerę laudis gu-
stum non habent. Sed si te laus allicere ad recte
faciendum non potest / ne metus quidem a foedis-
simis factis potest auocare. Iudicia non metuis: si
propter innocentiam / laudo: si ꝓpter uim: non in-
telligis / ei qui isto modo iudicia non timeat quid
timendum sit. Quod si non metuis Viros fortes
egregiosq; ciues q a corpore tuo prohibentur ar-
mis. Tui te: crede mihi: diutius non ferent. Quid
est autem multos dies / & noctes timeri a suis? nisi
maioribus habes beneficiis obligatos: quam ille
quosdam habuit ex his / a quibus est interfectus.
An tu es ulla re cum eo comperandus? fuit in illo
ingenium / ratio / memoria / litteratura / cogitatio
diligentia / res bello gesserat. quamuis: R. P. ca-
lamitosas. attamen magnas: non multos annos
regnare est meditatus: magno labore: multis peri-
culis quod cogitauerat / effecerat: muneribus mo-
numentis / congiariis epulis multitudinem impi-
tam lenierat: suos pręmiis: aduersarios clementię
specie deuinxerat. Quid multa? Attulerat iam li-
bere Ciuitati partim metu: partim patientia consue-
tudinem seruiendi. Cum illo ego te dominandi

cupiditate conferre possum : Cęteris uero rebus
nullo modo es cōparandus . Sed ex plurimis ma/
lis quę ab illo . R.P . sunt inusta . Hoc tantū boni
est qđ didicit iam . P.R . quantum cuiqꝫ crederet:
quibus se committeret:a quibus caueret . Hec igiť:
non cogitas : nec intelligis / satis esse uiris fortibus
didicisse / quam sit pulchrum beneficio gratum :
fama gloriosum / tyrannum occidere : & cum illum
homines non tulerint / te ferrēt ? Certatim post hac
mihi crede:ad hoc opus curretur . nec occasionis
tarditas expectabitur . Respice quęso aliquando .
R.P . M . Antoni quibus ortus sis:non quibus
cum uiuas:considera me cum ut uoles:cum . R.P.
redi in gratiā : Sed de te tu ipse uideris : Ego de
me ipso profitebor : Defendi . R.P . adulescens:nō
deseram senex . Contempsi Catilinę gladios ? nō
pertimescam tuos . quin etiam corpus libenter ob/
tulerim / si representari morte mea libertas Ciuita/
tis potest . Vtinam aliquando dolor . P.R . pariat
quod iam parturit . Etenim si ab hinc annos ꝓ/
pe . xx . hoc ipso in templo negaui posse mortem
immaturam esse Consulari:quanto uerius nunc ne
gabo seni ? Mihi uero . P.C . iam etiam optanda
mors est / perfuncto rebus eis / quas adeptus sum
quasqꝫ gessi . Duo modo hoc opto . Vnū ut moriēs
P.R . liberū relinquam . hoc mihi maius a diis im/
mortalibus dari nihil potest . Alterum ut ita cuiqꝫ
eueniat : ut de Re pu . quisqꝫ mereatur .

S

ERIVS OMNINO . P . C . Quam tempus . R . P . postulauit | aliquãdo tamẽ cõuocati sumus : Quod flagitabam equidẽ quotidie : Quippe cum bellum nefarium contra aras | & focos : contra uitam : fortunasq; nostras ab homine profligato | ac perdito non comparari : sed geri iam uiderem. Expectantur . KL . Ian . quas non expectat Antonius . qui in prouinciam decimi Bruti summi | & singularis Viri cum exercitu impetum facere conatur : Ex qua se instructum | & paratum ad Vrbem uenturum esse minitatur . Quę igitur expectatio ? aut quę uel minima dilatio temporis ? Quanquam enim adsunt . KL . Ian . tamẽ breue tempus | longum est imparatis . Dies enĩ affert & hora potius nisi prouisum est magnas sępe clades . Certus autem dies non ut sacrificii | sic consilii expectari solet . Quod si aut . KL . Ian . fuissent eo die | quo primum ex Vrbe fugit Antonius | aut hę non essent expectatę | bellum iam nullum haberemus . Auctoritate enim Senatus | consensuq; . P . R . facile hominis amentis fregissemus audaciam . Quod confido equidem Consules designatos simul ac magistratum inierint esse facturos : Sunt enim optumo animo : summo consilio : singulari concordia : Mea autem festinatio non solum uictorię auida est : Sed etiam Celeritatis : quousq; enim tantum bellum | tam crudele | tam nefarium priuatis consiliis propulsabitur : Cur non quam primum publica accedit auctoritas . C . Cęsar

adulescens pęne potius puer incredibili/ac diuina quadam mente / atq; uirtute : tum cum maxime furor arderet Antonii : cunq; eius / a / Brundusio crudelis / & pestifer reditus timeretur : nec postulā/tibus : nec cogitantibus : nec opinantibus quidem nobis : quia fieri posse nō uidebatur : firmissimum exercitum inuicto genere ueteranorum militum comparauit : patrimoniumq; suum effudit : Quāq̄ non sumus usi eo uerbo quo decuit : Non enim ef/fudit : sed in salutem . R.P . collocauit : Cui q̄q̄ gra/tia referri tanta non potest / quanta debet͛ : habenda tamen est / quantam maximam animi nostri cape/re possunt . Quis enim est tam ignarus rerum : tā nihil de . R.P . cogitans : qui hoc non intelligat ? si . M . Antonius / a / Brundusio cum iis copiis quas habiturum putauerat / Romam : ut minabat͛ uenire potuisset : nullum genus crudelitatis eum pretermissurum fuisse ? Quippę qui in hospitis tec/tis Brundusii fortissimos uiros ciues optimos : iu/gulari iussit : quorum ante pedes eius morientium sanguine os Vxoris respersum esse constabat . Hac ille crudelitate imbutus / cum multo bonis omni/bus ueniret iratior / quam illis fuerat / quos tru/cidarat ? Cui tandem uestrū : aut cui omnino bono pepercisset ? Qua pestę . R.P . priuato consilio / Nec enim fieri potuit aliter) Cęsar liberauit ? Qui nisi in hac . R.P . natus esset . R.P . scelere Anto/nii nullam haberemus . Sic enim perspicio / sic iu/dico : nisi unus adolescens illius furentis impetus crudelissimosq; conatus cohibuisset . R.P . fundi tus interituram fuisse . Cui quidem hodierno die P.C . nunc enim primum ita conuenimus ut de

illius beneficio possemus quę sentiremus libere di/
cere tribuenda est auctoritas : ut . R.P. non modo
a se susceptam: sed etiam a nobis commendatam
possit defendere . Nec uero de legiōe Martia quo/
niam longo interuallo loqui nobis de. R.P . licet |
sileri potest . Quis enim unq̄ fortior: quis amicior
unq̄ . R.P . fuit : quę legio martia uniuersa : quę
cum hostem. P.R . Marcum antonium iudicasset
comes eius esse amentię noluit . Reliquit consulem
quod profecto non fecisset: si eum Consulem iudi/
casset . quem nihil aliud agere | nihil moliri: nisi ce/
dem ciuium: atq; interitum Ciuitatis uideret : atq;
ea legio consedit Albę : quam potuit Vrbem eli/
gere: aut oportuniorem ad res gerendas : aut fide/
liorem: aut fortiū uirorum : aut amicorum . P.R .
ciuium: huiusce legionis uirtutem imitata . iiii . le/
gio duce . L . Egnatuleo quęstore Ciue optimo &
fortissimo Cęsaris auctoritatem | atq; exercitum p̄/
secuta est : faciendum est igitur nobis . P.C . ut ea
quę sua sponte clarissimus adulescens | atq; omnium
prestātissimus gessit & gerit hęc auctoritate nostra
comprobaretur : ueteranorumq; fortissimorum ui/
rorum: tum legionis martis: quartęq; mirabilis cō/
sensus ad . R.P . recuperandam laudetur : & testi/
monio nostro confirmetur : eorumq; commoda :
honores: premia: cum Consules designati magistra/
tum inierint curę nobis fore hodierno die spon/
deamus . atq; ea quidemq; quę dixi de Cęsare deq;
eius exercitu . Iam diu nota sunt nobis . Virtute
enim admirabili Cęsaris: constantiaq; militum ue/
teranorum legionumq; earum: optimo iudicio: quę
auctoritatem nostram libertatemq; . P.R . uirtutē

C. Cęsaris secutę sunt. A ceruicibus nostris est de-
pulsus Antonius. Sed ut dixi hęc superiora. Hoc
uero recens edictum. D. Bruti: quod paulo ante
propositum est: certe silentio non potest preteriri.
pollicetur enim se prouinciam Galliam retenturũ
in Senatus. P. q. R. potestatem. O ciuem natum
P. R. memorem sui nominis: imitatoremq; ma-
iorum. Neq; enim Tarquinio repulso maioribus
nostris tam fuit optata libertas: quam est repulso
Antonio retinenda nobis. Illi regibus parere iã
condita Vrbe didicerant. Nos post Reges exactos
seruitutis obliuio cepat. Atq; ille Tarquinius quẽ
maiores nostri non tulerunt: non crudelis: non im-
pius: sed superbus habitus est & dictus. quod nos
uitium in priuatis sepę tulimus: id maiores nostri
ne in Rege quidem ferre potuerunt. L. Brutus Re-
gem superbum non tulit. D. Brutus sceleratum
atq; impium regnare patietur Antonium? Quid
Tarquinius tale qualia innumerabilia & facit: &
fecit Antonius? Senatum etiam Reges habebant:
nec tamen ut Antonio Senatum habenti in consi-
lio Regis uersabantur Barbari armati. Seruabant
auspicia Reges: quę hic Consul: Augurq; neglexit?
neq; solum legibus contra auspicia ferendis. sed
etiam Collega una referente: quem ipse ementitis
auspiciis uitiosum fecerat. Quis autem Rex unq̃
fuit tam insigne impudens: ut haberet omnia cõ-
moda beneficia / iura regni / uenalia? quam hic
immunitatem: quam Ciuitatem: quod prę mium
nõ uel singulis hominibus: uel Ciuitatibus: uel uni-
uersis prouinciis uendidit? Nihil humile de Tar-
quinio: nihil sordidum accepimus: At uero huius

domi inter ciues illius appendebatur aurum: nume rabatur pecunia una in domo: omnes quorum intererat totum imperium. R.P. nundinabantur: Supplicia uero ĩ ciues. r. nulla Tarquinii accepimꝰ. At hic & Suessę iugulauit eos: quos in custodiam dederat: & Brundusii. ccc. fortissimos uiros Ciues q̄ optimos trucidauit. Postremo Tarquinius pro R. P. bellum gerebat tum: cum expulsus est: Antonius contra. R. P. exercitum educebat tum cum a legionibus relictus / nomen Cęsaris exercitumq̄ pertimuit: neglectis q̄ sacrificiis solemnibus / ante lucem ea uota quę nunq̄ solueret nuncupauit. Et hoc tempore ui prouinciam. P. R. conatur inuadere. Maius igitur beneficium a. D Bruto. P. R. & habet / & expectat: quam maiores nostri acceperunt. a. L. Bruto principe huius maxime conseruandi generis / & nominis. Cum autem est omnis seruitus misera: tum uero intollerabile est seruire impuro: impudico: effeminato. nunq̄ ne in metu quidem sobrio. Hunc igitur qui Gallia probibet priuato presertim consilio iudicat uerissimeq̄ iudicat non esse Consulem. Faciendum est igitur. P. C. nobis Vt. D. Bruti priuatum consilium auctoritate publica comprobemus. Nec uero. M. Antonium consulem post Lupercalia putare debuistis. quo enim ille die. P. R. ĩspectante nudus: unctus: ebrius contionatus est. & id egit ut Collegę diadema imponeret: eo die nõ modo Consulatu: sed etiam libertate se abdicauit. Esset enim ipsi certe statim seruiendũ si Cęsar ab eo regni insigne accipere uoluisset. Hunc igitur ego Cõsulem: hunc ciuem. R. hunc liberũ: hunc deniq̄

hominem putem : qui foedo illo / & flagitioso die & quid pati a Cęsare uiuo posset : & quid eo mortuo consequi ipse cuperet / ostendit . Nec uero de uirtute / constantia / grauitate / prouincię Gallię taceri potest . Est enim ille flos Italię . Illud firmamētum impii . P . R . illud ornamentum dignitatis tantus autem consensus municipiorum / coloniarum q; prouincię Gallię : ut omnes ad auctoritatem huius ordinis : maiestatemq; . P . R . defendendā conspirasse uideantur . Quamobrem Trib . PL . quamq̄ uos nihil aliud : nisi de pręsidio ut Senatum tuto consules . KL . Ian . habere posset retulistis tamen mihi uidemini magno consilio : atq; optima mente potestatem nobis de tota . R . P . fecisse dicendi . Cum enim tuto Senatum haberi sine pręsidio non posse iudicauistis : istud etiam statuistis : intra muros Antonii scelus : audaciamq; uersari . Quamobrem omnia mea sententia complectar : uobis ut intelligo non inuitis : & ut prestātissimis ducibus a nobis detur auctoritas / & fortissimis militibus spes ostendatur pręmiorum : & iudicetur non uerbo : sed re : non modo non Consul : sed etiam hostis Antonius . Nam si ille Consul / fustuarium meruerunt legiones / quę Consulem reliquerunt . sceleratus Cęsar : Brutus nefarius . qui contra Cōsulem priuato consilio exercitus comparauerunt . Sin autem militibus exquirendi sunt honores noui propter eorum diuinum / atq; immortale meritum : ducibus autem ne referri quidem potest gratia : Quis est qui eum non hostem existimet : quē qui armis persecuntur Conseruatores . R . P . iudicātur ? At quam contumeliosus in edictis ? Quam

existimare poterunt & interitus mei: & pditissimorum consiliorum auctorem fuisse. Quę sunt perdita consilia: an ea quę pertinent ad libertatem po. Ro. recuperandam? quorum consiliorum & Cęsaris me auctorem | & hortatorem & esse | & fuisse fateor: quã q̃ ille non eguit consilio cuiusq̃. Sed tamen ut dicitur | currentem incitaui. Nam interitus quidem tui quis bonus non esset auctor? cum in eo salus | & uita optimi cuiusqꝫ: & libertas .P.R. dignitasqꝫ consisteret. Sed cum tam atroci edicto nos concitauisset cur ipse non affuit? num putatis aliqua re tristi | & seuera | uino | & epulis retẽtus & alea est: si epulę | potius q̃ popinę nominandę sunt: diẽ edicti obire neglexit: & añ diẽ .iiii. Kł. decẽbris distulit. adesse in Capitolio iussit: quod in templum ipse nescio qua per gallorum cuniculum ascendit. Cõuenerunt corrogati | & quidem ampli quidam homines: sed immemores dignitatis suę | Is enim erat dies | ea fama | is impetus eius qui senatũ uocarat | ut turpe senatori esset nihil timere. Ad eos tamen ipsos | qui cõuenerant ne uerbum quidẽ ausus est facere de Cęs. cum de eo constituisset ad senatum referre: scriptã attulerat consularis quidam sententiam. Quid est aliud de eo referre non audere qui contra se cõsulẽ exercitum duceret: nisi se ipsum hostẽ iudicare. Necesse enim erat alterũ esse hostem: nec poterat aliter de aduersariis ducibus iudicari. Si igitur. C. Cęsar hostis: cur cõsul nihil refert ad senatum? Si ille a senatu notandus non fuit | quid potest dicere quin cũ de illo tacuerit se hostẽ esse cõfessus sit? Quẽ ĩ edictis spartacum appellat: hunc ĩ senatum ne improbum quidẽ dicere audet. At in rebus tristissimis | quãtos

excitat risus: sententiolas edicti cuiusdam memorię mandaui: quas uidet ille peracutas putare. Ego aũt qui intelligeret: quid dicere uellet: adhuc neminem inueni. An nulla contumelia est, quam facit dignus? Primum quid est dignus? nam etiam malo digni multi: sicut ipse: an quam facit is qui cum dignitate est? Quę autem potest esse maior? Quid est porro facere contumeliam? quis sic loquitur? Deinde nec timor quem denunciat inimicus: quid est ergo? Ab amico timor denuntiari solet: horũ similia deinceps. Nõne satius est mutum esse, quam quod nemo intelligat dicere? Hem cur magister ei9 ex oratore arator factus sit? Ut possideat in agro publico. P.R. cãpi leontini II. iugerũ immunia, ut hominem stultũ magis etiam infatuet mercede publica: sed hęc leuiora fortasse. Illud quero, cur tam subito mansuetus in senatu fuerit, cũ i edictis tam fuisset ferus? Quid autem attinuerit. L. Cassio. TR. PL. fortissimo & constantissimo Cuii mortem denunciare: si i senatũ uenisset. D. Carsulenum bñ de R.P. sentientem a senatu ui, & minis mortis expellere? Tiberium Canutium a quo erat honestissimis contentionibus & sepe: & iure uexatus, non templo solum: uerum etiã aditu prohibere Capitolii? Qui. S.C. ne intercederent, uerebatur de supplicatione credo, M. Lep di clarissimi uiri, atq; id erat periculũ, de cuius honore extraordinario quottidie aliquid cogitabamus, ne eius usitatus honos impediretur: ac ne sine causa uideretur edixisse, ut senatus adesset. Cũ de. R.P. relaturus fuisset: allato nuntio de legione quarta mente concidit, effugere festinans. S.C. de supplicatione per discessionem fecit: cum id factum esset antea nũquã

Quę uero profectio postea|quod iter paludati:quę uitatio oculorum|lucis urbis fori:quã misera fuga quam foeda|quam turpis:pręclara tamen.S.C.ĩ illo ipso die uespertina prouinciarum religiosa sortitio|diuina uero oportunitas : ut quę cuiq͡ꝫ apta esset:ea cuiq͡ꝫ obueniret.pręclare igitur facitis.TR.PL.qui de pręsidio consulum : senatusq͡ꝫ referatis : meritoq͡ꝫ uestro maximas gratias uobis omnes & agere | & habere debemus.Qui enim carere metu|& periculo possemus in tanta hominum cupiditate|& audacia: ille autem homo afflictus|& perditus|quę de se expectat iudicia grauiora | quam amicorum suorum! familiarissimus eius mihi homo cõiunctus L.Lentulus &.P.Naso omni carens cupiditate|nullam se habere prouinciam | nullam Antonii sortitionẽ fuisse iudicauerũt. Quod idem fecit.L.Philippus uir auo|patre|moribusq͡ꝫ suis dignissimus. In eadẽ sententia fuit homo summa integritate |atq͡ꝫ innocẽtia M.Anturanius idem fecit.Sp. Oppius:ipsi etiã qui amicitiam.M.Antonii ueriti plus ei tribuerunt: quam fortasse uellent.M.Piso|& meus necessarius & uir|& ciuis egregius |pariq͡ꝫ innocentia.M.Vebilius senatus auctoritati se obtẽperaturos esse dixerunt.Quid ego de.L.Cinna loquar!ciuis spectatã multis|magnisq͡ꝫ rebus|singularis integritas|minus admirabilem facit huius honestissimi facti gloriã: qui omnino prouinciam neglexit:quam item magno animo & cõstanti.C.Cesseduis repudiauit!Qui sunt igitur reliqui|quos sors diuina delectet.L.Antonius &.M.Antonius ! o felicẽ utrinq͡ꝫ:nihil enĩ maluerunt.C. Antonius Macedoniã:hunc quoq͡ꝫ foelicem|hanc enim semper habebat in ore prouĩciã

C.Caluisius Aphricam:nihil fęlicius : modo enĩ ex
aphrica decesserat:& quasi diuinãs se redituruˉ duos
legatos Vticę reliquerat. Deinde. M.Iccii .Siciliam
Q.cassii Hispaniam:non habeo quid suspicem/du/
arũ credo prouinciarũ sortes minus diuinas fuisse.
O.C.Cęsar o adolescentem appello:quam tu salutē
R.P.attulisti/q̃ improuisam/q̃ repētinam! Qui enĩ
hęc fugiens fecerit:quid faceret insequens! Etenim
in contione dixerat se custodem futurum urbis:usq;
ad Kl.maias ad urbem exercitum habiturum.O
pręclarum custodem ouium ut aiunt lupum:custos
ne urbis:an direptor/& uexator esset Antonius!Et
quidem se introiturum in urbem dixit:exiturumq;
cũ uellet Quid illud! Nõne audiente populo sedēs
pro ęde castoris dixit/nisi q uicisset/uicturũ neminē:
hodierno die primũ. P.C. longo interuallo in pos/
sessionem libertatis pedem ponimus:cuius quidem
ego quo adpotui non modo defensor/sed etiam cō/
seruator fui:cum autem id facere non possem: qui
fui! nec obiecte/nec sine aliqua dignitate casum illũ
temporum & dolorem tuli. Hanc uero tęterrimam
belluam quis ferre posset!aut quomodo!quid est in
Antonio preter libidinem! crudelitatem! petulãtiã!
audaciam!Ex his conglutinatus est/nihil apparet in
eo ingenium:nihil moderatum : nihil pudens:nihil
pudicum.qua propter quoniã res in id discrimen
adducta est/utrum ille poenas.R.P.luat:an nos ser/
uiamus / aliquando per deos immortales.P.C.pa/
ternum animũ uirtutemq; capiamus:aut libertatē
propriam romani generis/& nominis recuperem9.
aut mortem seruituti añ ponamus. Multa quę in
libera ciuitate ferenda non essēt tulimus:& perpessi

Plancus obtinet. Quid hoc aliud est: q̃ ad bellũ ciui-
le hosti arma largiri: Primum neruos belli, pecuniã
infinitam qua nunc eget: deinde equitatum quantũ
uelit: equitatum dico: Dubitabit credo gentes Bar-
baras secum adducere: hoc qui non uidet, excors: q
cum uidet, decernit impius. Tu ciuem sceleratum
& perditum: Gallorum, & Germanorum exercitu,
pecunia, peditatu, equitatu, copiis ĩstrues: Nullę istę
excusationes sunt: meus amicus est: sit patrię prius:
meus cognatus, an potest cognatio ulla propior esse:
q̃ patrię: in qua etiam parentes continentur. Mihi
pecuniam attribuit: cupio uidere quid audeat dice-
re: quid autem agatur: cum aperuero facile erit sta-
tuere quam sententiam dicatis, aut sequamini. Agit̃
utrum M. Antonio facultas detur opprimendę R.
P. cędis faciẽdę: bonorũ eripiendorũ Vrbis, agro-
rum suis latronibus condonãdi P. R. seruitute op-
primendi: An horũ nihil facere ei liceat. Dubitate
quid agitis: an non cadunt hęc in Antonium: hoc
ne Cotula quidẽ dicere auderet: Quid enim in eũ
non cadit: qui cuius acta se defendere dicit: eius eas
leges peruertit: quas maxime laudare poteramus:
ille paludes siccare uoluit. Hic omnẽ italiam mo-
derato homini L. Antonio diuidendã dedit: quid
hanc legem P. R. accepit: Quid per auspicia ferri
potuit: Sed augur uerecund9 sine Collegis de auspi-
tiis non interpretaretur: q̃q̃ illa auspicia non egent
interpretatione augurum. Ioue enim tonante cum
P. R. agi nõ esse fas quis ignorat: TR. PL. tulerũt
de prouinciis cõtra acta Cęsaris, ille biennii, iste sex-
ennii. Num etiam hanc legem P. R. accepit: Quid
promulgata fuit: quid nõ ne ante lata: q̃ scripta: nõ

ne ante factam uidemus: quam futuram quisquam est suspicatus? Vbi lex Cecilia & Didia? Vbi promulgatio trium nundinum? Vbi pene recenti lege Iunia & Licinia? Possunt ne hę leges ratę esse sine interitu legum reliquarum? Et cui potestas in forum introeundi fuit? Quę porro illa tonitrua? quę tempestas? Aut si auspicia. M. Antonium non mouerent: sustinere eum: aut ferre posse tantam uim tempestatis imbris ac turbinum mirum uideret? Quã legem igitur se Augur dicit tulisse: Non modo tonante Ioue: sed prope celesti clamore prohibente? Hanc dubitabit cõtra auspicia latã confiteri? Quid quod cum eo collega tulit? quem ipse fecit sua nũciatione uiciosum? Nihil ne ad auspicia bonus Augur arbitratus est pertinere? Sed auspiciorum nos fortasse erimus interpretes: qui sumus eius Collegę. Num etiam armorum interpretes querimus? Primum omnes fori aditus ita septi: ut etiam si nemo obstaret armatus: tamen nisi septis reuulsis introiri ĩ forum nullo modo posset: Sic uero erant disposita ut quomodo aditus hostis probibetur a Castellis & aggeribus: ita ab ĩgressione fori. Primũ, TR. pl. propulsari uideres. Quibus de causis eas leges quas M. Antonius tulisse dicitur: omnes censeo per uim & cõtra auspicia latas: iisq; legibus. P.R. non teneri. Siquam legẽ decretis Cęsaris cõfirmandis deue dictatura in perpetuum tollẽda deue Coloniis in agros deducẽdis tulisse. M. Antonius dicitur: easdẽ leges de integro ut populum teneant: saluis auspiciis ferre placet. Quamuis enim bonas leges uiciose per uimq; tulerit: tamen hę leges non sunt habendę: Omnisq; audacia gladiatoris amẽtis: auctoritate

nostra repudianda est. Illa uero dissipatio pecunię publicę ferenda nullo modo est: per quam septies milies falsis perscriptionibus/donationibusque uertit: ut portenti simile uideatur: tantam pecuniam .P. R. tam breui tempore perire potuisse: Quid illi immunes quęstus: ferendi ne? Quos .M. Antonii exausit domus: decreta falsa uēdebat: regna: ciuitates immunitates/in ęs accepta pecunia iubebat incidi: Hęc se ex cōmentariis Cęsaris/quorum ipse auctor erat/agere dicebat. In interiore ędium parte: totius P.R. nundinę: mulier sibi feolicior q̄ uir auctione prouinciarum/regnorumque faciebat. Restituebant exules quasi lege/sine lege: quę nisi auctoritate Senatus rescindantur: quoniā ingressi in spem .R.P. recuperandę sumus: imago nullę liberę ciuitatis relinquetur. Neque solum commentariis commēticiis/chirographis que uenalibus/innumerabilis pecunia congesta in illā domū est: Cū quę uendebat Antonius ea se ex actis Cęsaris agere diceret: Sed Senatus etiam consulta/pecunia accepta/falsa referebat. Singraphę obsignabantur. S.C. tanq̄ facta ad ęrarum referebantur. Huius turpitudinis testes erant etiam exterę nationes/foedera īterea facta/regna data/populi prouincięque liberate: earum rerum falsę tabulę gemente. P.R. toto Capitolio figebantur. Quibus rebus tanta pecunia una in domo coaceruata est: ut si hoc genus in unum redigatur: non sit pecunia .R. P. defutura. Is etiam legem iudiciariam tulit: homo castus atque integer iudiciorū/& iuris auctor: in quo uos fefellit: ãsignarios/& manipulares/& alaudas iudices se constituisse dicebat. At ille legit aleatores legit exules! legit grecos. O consessū iudicū p̄clarū

o dignitatem consilii admirandam. Pauet ani-
mus apud illud consilium pro reo dicere | Cydam
cretensem: portentum insule hominē audacissimum.
& perditissimū | sed fac ita non esse: Num latine scie
num ex iudicum genere & forma? num leges no-
stras | moresue nouit? num denicg homines: Est enī
uobis Creta notior | q̄ Roma Cydę. Delectus autē
& notatio iudicum | etiam in nostris ciuibus haberi
solet. Cortinium uero iudicem quis nouit? aut quis
nosse potuit? Nam si Lisiadem atheniensem plericg
nouimus. Est autē Phedri philosophi nobilis filius:
homo preterea festiuus: ut ei cum. M. Curio con-
sessore eodem | & collusore facillime possit conuenire.
Quero igitur si Lisiades citatus | iudex non respon-
derit: excusetur Ariopagites esse | nec debere eodē tē-
pore Romę | & Athenis res iudicare: accipiet excu-
sationēcg qui questioni preerit: Greculi iudicis mo-
do paliati | modo togati. An Atheniensium antic-
quissimas leges negliget. Qui porro ille consessus
dii boni: Cretensis iudex: iscg nequissimus quemad-
modum ad hūc reus alleget? quomodo accedatur:
dura natio est: At Athenienses misericordes: puto
ne Curium quidem esse crudelem: qui quottidie pi-
culum fortunę facit. Sunt item lecti iudices: qui for-
tasse excusabuntur: habēt enim legitimam excusati-
onē: exilii causa solū uertisse: nec esse postea restitutos:
Hos ille demens iudices legisset: Horum nomina
ad ęrarium detulisset: His magnam partem. R.P.
credidisset: si ullam speciem. R.P. cogitauisset. Atcg
ego de notis iudicibus dixi: quos minus nostis no-
lui nominare. Saltatores: Citharistas: totum denicg
cōmesationis Antonianę chorum in tertiā decuriā

iudicum

sumus: alii spe recuperãdę libertatis: alii uiuendi nimia cupiditate. Sed si illa tulim9, quę necessitas ferre coegit: uisq; quędam pene fatalis, quę tamẽ ipsa nõ tulimus: etiam ne huius impuri latronis feremus teterrimũ crudelissimumq; dominatum? Quid hic faciat si potuerit iratus, q cũ succẽsere nemini posset: omnib9 bonis fuerit inimicus? Quid hic uictor nõ audebit: qui nullam adeptus uictoriam: tanta scelera post Cęsaris interitũ fecerit? Refertam eius domũ exhauserit? hortos cõpilarit? Ad se omnia ex his ornamenta transtulerit? Cędis & incendiorum causam quęsierit ex funere? duobus aut tribus senatus. C. e R. P. benefactis: reliquas res ad lucrũ, prędãq; reuocauerit? uendiderit? immunitate ciuitates liberauerit? prouincias uniuersas ex imperii. P. R. iure substulerit? exules reduxerit? falsas leges. C. Cęsaris nomine, & falsa decreta in eis incidenda, & in capitolio figenda curauerit? earũq; rerum omniũ domesticũ mercatũ istituerit? P. R. leges ĩposuerit? Armis & pręsidiis: P. R. & magistratus foro excluserit? Senatum stipauerit armis? Armatos in cella Cõcordię cum senatum haberet incluserit? ad legiones Brundusium cucurrerit: ex his optime sentientes Centuriones iugulauerit? Cum exercitu Romã sit ad interitũ nostrum, & ad disperditionem urbis uenire conatus: atq; is ab hoc impetu abstractus consilio & copiis Cęs. consensu ueteranorum uirtute legionũ? Nec fortuna quidẽ fractus minuit audaciã: nec ruere demẽs, nec furere desinit. In galliam mutilatũ ducit exercitum: cũ una legione: & ea uaccillante. L. fratrem expectat: quo neminẽ reperire põt sui similiorem. Ille autem ex Mirmillone dux: &

gladiatore imperator quas fecit strages, ubicunq; posuit uestigia? Cędit greges armentorum, reliquiq; pecoris quodcũq; nactus est epulantur milites: ipse autem se ut fratrem imitetur, obruit uino, uastant agri: dirumpuntur uillę: matresfamilias, pueri ingenui arripiuntur: militibus traddũtur. Hęc eadem, quacunq; exercitum duxit, fecit Antonius. His uos teterrimis fratribus portas aperietis? hos inquam in urbem recipietis? Non tempore oblato, ducibus paratis, animis militum incitatis. P. R. conspirante: italia tota ad libertatem recuperandã excitata: deorum imortalium beneficio utemini? nullum erit tp̃s hoc amisso: a tergo, a fronte, a laterib⁹ tenetur: si in Galliam uenerit: non ille armis solum, sed etiã nr̃is decretis urgẽdus est: Magna uis est: magnũ numẽ unũ & idem sententis senatus: uidetis ne refertum forum. P. R. ad spem recuperandę libertatis erectũ: qui longo interuallo, cum frequentes hic uidet nos tum sperat etiam liberos conuenisse: hunc ego diẽ expectans. M. Antonii sceleratã arma uitaui: tum cum ille in me absentem inuehens: non intelligebat ad quod tempus me, & meas uires reseruarem. Si enim illi tum cędis initium a me quęrenti respondere uoluissẽ: nunc. R. P. consulere non possem. Hãc uero nactus facultatem: nullũ tempus. P. C. dimittam, neq; diurnum, neq; nocturnum, quin de libertate. P. R. de dignitate nostra, quod cogitandum sit cogitem? quod agendũ sit, atq; faciendũ: id nõ modo nõ recusem: sed appetam etiam, atq; deposcam. Hoc feci semper dum licuit: intermisi quod non licuit: iã non solum licet, sed necesse est etiam: nisi seruire malum⁹: quã ne seruiamus animis, armisq; decernere.

Dii ĩmortales nobis hęc pręsidia dederunt: Vrbi Cęsarẽ. Brutum Gallię. Si enim ille urbẽ oprimere uoluisset| statim| si Galliam teneret| paulo post optimo cuiq; pereundũ: reliquis esset seruiendũ. Hanc igitur occasionem oblatã tenete per deos ĩmortales P.C. & amplissimi orbis terrę cõsilii: prĩcipes uos esse aliquando recordamini: signum date. P.R. consiliũ uestrum non deesse. R.P. quoniam ille uirtutẽ suam non defuturam esse profitetur. Nihil est quod moneam: nemo est tam stultus qui non intelligat| si dormierimus hoc tempore non modo crudelem superbamq; dominationem nobis: sed ignominiosam & flagitiosam esse ferendam. Nostis insolentiam Antonii| nostis amicos| nostis totam domum| libidinosis| petulãtibus| impuris | impudicis aleatoribus| ebriis seruire. ea summa miseria est: summo dedecore coniuncta. Quod si iam: (quod dii omen auertãt) fatum extremum. R.P. uenit (quod gladiatores nobiles faciunt: ut honeste decumbant) faciamus nos prĩcipes orbis terrarum | gentiumq; omniũ| ut cum dignitate potius cadamus: q̃ cum ignominia seruiamꝰ. Nihil ẽ detestabiliꝰ dedecore: nihil fędius seruitute. ad decus | & libertatem nati sumus: aut hęc teneamus: aut cũ dignitate moriamur. Nimium diu teximus quid sentiremus. Nunc iã aptũ est: omnes iam patefecerunt in utranq; partẽ quid sentiãt: quid uelint: sunt impii ciues | sed ꝓ charitate R.P. nimium multi: pro multitudine bene sentientium| admodum pauci: quorum opprimendorũ dii ĩmortales ĩcredibilem. P.R. potestatem | & fortunã dederunt. Ad ea enim pręsidia quę habemus iam accedunt consules sũma prudentia| uirtute| cõcordia:

multos menses de .P.R. libertate commentati| atq̃ meditati: his auctoribus & ducibus diis iuuantibus| nobis uigilantibus| & multum imposterum prouidentibus .P.R. consentiente erimus profecto liberi breui tempore. Iocundiorem autem faciet libertatẽ seruitutis recordatio. Quas ob res q. TR.PL. uerba fecerunt| ut senatus K.l. ian. tuto haberi: sententiæq̃ de sũma re .P. libere dici possint| de ea re ita censeo| ut. C. Pansa. A. Hyrcius cõsules designati dent operam ut senatus K.l. ian. tuto haberi possit. Quodq̃ edictum. D. Bruti iperatoris| cõsulis designati optime de. R.P. meriti propositum sit| senatum existimare. D. Brutum imperatorem cõsulem designatũ optime de. R.P. promereri: cum senatus auctoritatem. P.q̃. R. libertatem imperiũq̃ defendat: quorq̃ Galliam prouinciam citeriorẽ optimorum & fortissimorum uirorum amicissimorum .P.R. ciuium exercitum in senatus potestate retineat| id| eum| exercitumq̃ eius municipia| colonias prouinciæ Galliæ recte atq̃ ordine: exq̃ .R.P. fecisse & facere| senatũ ad summã. R.P. pertinere arbitrari a. D. Bruto & ab. L. Planco imperatoribus cons. designatis| itẽq̃ a cæteris qui prouincias obtinent: obtineri ex lege Iulia: quo ad. S.C. cuiq̃ eorum successum sit: eosq̃ dare operam| ut hæ prouinciæ Galliæq̃ exercitus in senatus. P.R. potestate: præsidioq̃. R.P. sint. Cumq̃ opera| uirtute consilio. C. Cæs. sũmoq̃ consensu militũ ueteranorum: qui eius auctoritatem secuti. R.P. te præsidio sunt & fuerunt: & a grauissimis periculis P.R. defensus sit: & hoc tempore defẽdatur: cumq̃ legio Martia albæ constiterit| in municipio fidelissimo & fortissimo| se seq̃ ad senatus auctoritatem

P.q.R. libertatē cōtulerit, quod pari consilio eademq; uirtute legio quarta usa: L. egnatuleio duce ciue egregio senatus auctoritatem. P.q.R. libertatem defendat, ac defenderit: senatui magnę curę esse, ac fore: & ut pro tantis eorum meritis honores ei habeantur, gratięq; referantur. Senatui placere: ut C. Pansa. A. Hyrcius consules designati: cum magistratum inierint: si eis uidebitur primo quoq; tempore de his rebus ad hunc ordinem referant: ita uti de re pub. fideq; sua censuerint.

REQVETIA VESTRVM incredibilis, contioq; tanta Quirites: quantam meminisse non uideor, & alacritatem mihi summam affert. R. P. defendendę, & spem recuperandę libertatis, quanquam animus mihi quidem nūquā defuit, tempora defuerunt: quę simulac primū aliquid lucis ostendere uisa sunt: princeps nostrę libertatis defendendę fui: quod si añ facere conatus essē nunc facere non possem: Hodierno enim die Quirites ne mediocrē rem actā arbitremini: fundamēta sunt iacta reliquarum actionum. Nam est hostis a senatu non dum uerbo appellatus, sed re iam iudicatus Antonius. Nunc uero multo sum erectior q̄ uos quoq; hostem illum esse, tanto cōsensu, tātoq; clamore approbauistis: nec enim fieri potest, ut nō, aut hi sint impii, qui contra consulem exercitū comparauerunt: aut ille hostis contra quem iure arma suscepta sunt: Hanc igitur dubitationē quanq̄ nl'la erat, tamen: nequa posset esse, Senatus hodierno die

C.Cęsar:qui.R.P.libertatemq; uestram suo studio
consilio|patrimonio denicq; tutatus est:& tutatur:
maximis senatus laudib9 ornatus:laudo laudo uos
Quirites|cum gratissimis animis prosequimini no/
men clarissimi adolescentis|uel pueri potius. Sunt
enim facta eius īmortalitatis non ętatis:multa me/
mini|multa audiui|multa legi|nihil ex omnium se/
culorum memorię tale cognoui: qui cum seruitute
prĕmeremur|& ī diem malū cresceret:pręsidii nihil
haberemus|capitalem & pestiferum Brundusio tū
M.Antonii reditum timeremus|hoc insperatum
omnibus cōsilium incognitum certe coepit:ut ex/
ercitū inuictum ex Hispanis militibus conduceret:
Antoniiq; furorem crudelissimis consiliis incitatū
a pernicie.R.P.auerteret. Quis est enim qui hoc
non intelligat:nisi Cęsar exercitum parauisset|non
sine exitio nostro futurum Antonii reditum fuisse?
Ita enim se recipiebat|ardens odio uestri:cruentus
sanguine ciuiū ro.quos Suessę:quos Brundusii oc/
ciderat:ut nihil nisi de pnicie.R.P.cogitaret.Quod
autem erat pręsidium salutis:libertatisq; uestrę:C.
Cęsaris fortissimorū suiq; patris militum exercitus
non fuisset:Cuius de laudibus|& honoribus|qui ei
pro diuinis & immortalitatibus meritis diuini im/
mortalesq; debentur:mihi senatus assensus paulo
ante decreuit:ut primo quoq; tempore referretur:
quo decreto quis non prospiciat Antonium hostem
esse iudicatum? Quem enim appellare possumus eū
contra quem|qui exercitus ducunt|his senatus ar/
bitratur singulares exquirendos honores? Quid
legio Martia:quę mihi uidet̄ diuinitus ab eo deo
traxisse nomen|a quo.P.R.generatum accepimus?

non ne ipse suis decretis priusq̄ senatus hostem iu-
dicauit Antonium. Nam ille si nō hostis: qui con-
sulem reliquerunt: hostes necesse est iudicemus:
preclara & luculenta reclamatione uestra: factum
pulcherrimum martialium conprobastis: qui se ad
senatus auctoritatem, ad libertatem uestram: ad
uniuersam .R.P. contulerunt. Hostem illum & la-
tronem, & patricidam patrie reliquerunt, nec solum
id animose & fortiter, sed considerate etiā: sapiēterq̄
fecerunt. Albe constiterunt, in urbe oportuna mu-
nita propinqua, fortissimorum uirorū, fidelissimorū
ciuium atq̄ optimorum. Huius martie legionis, le-
gio.iiii. imitata uirtutem duce. L. Egnatuleio, quem
senatus merito paulo ante laudauit. C. Cesaris exer-
citum prosecuta est. Que expectas. M. Antoni iu-
dicia grauiora: Cesar fertur in celum, qui contra te
exercitū comparauit: laudantur exquisitissimis uer-
bis legiones, que te reliquerunt: que a te acersite sūt:
que tue essent si te consulem: quā hostem maluissēt:
quarum legionum fortissimū uerissimumq̄ iudiciū
confirmat senatus: comprobat uniuersus .P.R. nisi
forte uos Quirites consulem: non hostem iudicatis
Antonium: sic arbitrabar Quirites uos iudicare ut
ostēditis municipia colonias, prefecturas. Num ali-
ter iudicare censetis: omnes mortales una mēte cō-
sentiunt: omnia arma eorū qui hec salua uelīt cōtra
illam pestem esse capienda. Quid. D. Bruti iudiciū
Quir. quod ex hodierno eius edicto pspicere potui-
stis. Nū cui tandem contemnendū uidetur: Recte
& uere negastis. Quir. Est enim quasi deorum im-
mortaliū beneficio & munere datū .R.P. Brutorū
genus: & nomen ad libertatem. P.R. uel cōstituēdā

uel recuperandam? Quid igitur. D. Brutus de. M.
Antonio iudicauit? exclusit prouincia: exercitu obstitit:
Galliam totam hortatur ad bellū: ipsam sua spōte
suo quoq; iudicio excitatā. Si cōsul Antonius. Bru-
tus hostis. Si conseruator. R. P. Brutus: hostis An-
tonius. Num igitur utrum sit dubitare possumus?
At qui ut uos una mente: unaq; uoce dubitare uos
negastis. Sic modo decreuit senatus: D. Brutum bñ
de. R. P. mereri: cum senatus auctoritatem. P. q; R.
libertatem: imperiumq; defenderit. a quo defende-
rit? Nempe ab hoste: quę est enim alia laudanda de-
fensio? Deinceps laudat̃ prouincia Gallia: meritoq;
ornatur uerbis amplissimis a senatu: quod resistat
Antonio: quem si Consulem illa prouincia putaret:
neq; eū reciperet: magno scelere se astringeret. Om-
nes enim sub Cōsulis iure: & imperio debent esse
prouincię: Negat hoc. D. Brutus imperator Consul
designatꝰ natus. R. P. ciuis: negat Gallia: negat cūc-
ta italia: negat Senatus: negatis uos. Quis igit̃ illū
Con. nisi latrones putant? quanq̃ ne hi quidē ipsi
quod loquuntur: id sentiunt: nec a iudicio omnium
mortalium (quis imperii nefarii quę sint sicut sunt)
dissentire possunt. Sed spes rapiendi atq; prędandi
occecat animos eorum: quos non bonorum dona-
tio: non agrorum assignatio: non illa infinita Pom-
pei hasta saciauit: qui sibi Vrbem: qui bona & for-
tunas ciuium ad prędam proposuerunt: qui dum
sit quod rapiant: quod auferant: nihil sibi defuturū
arbitrātur? Quibus. M. Antonius (o dii imortales
auertite & detestamini queso hoc omen) Vrbem se
diuisurum esse promisit: Ita uero Quiri. ut p̄camini
ueniat: quo huius amētię poena i eum: familiamq;

eius recidat: quod ita futurum esse confido. Iam enī
non solum homines: sed etiam deos immortales ad
R.P. cōseruandam arbitror consensisse. Si enim ꝓ/
digiis atq; portentis dii immortales nobis futura
prędicant: ita sunt aperte denuntiata: ut & illi poena
& libertas nobis appropinquet. Si enim tantus cō/
sensus omnium sine impulsu deorum esse non po/
tuit: quid est quod de uoluntate cęlestium dubitare
possimus? Reliquum est: Quir. ut uos ī ista sententia
quam prę uobis fertis perseueretis. Faciam igitur ut
īperatores instructa acie solent quāq̄ paratissimos mi/
lites ad pręliandum uideant ut eos tamen adhor/
tantur: Sic ego uos ardentes & erectos ad libertatē
recuperandam adhortabor. Non est: non est uobis
Quir. cum eo hoste certamen: quo cum aliqua pa/
cis conditio esse possit. Neq; enim ille seruitutem no/
stram ut antea: sed iam iratus sanguinem concupi/
scit. Nullus ei ludus uidetur esse iocundior: q̄ cruor
q̄ cedes q̄ ante oculos trucidatio ciuium: Non enim
uobis Quir. res cum scelerato homine atq; nefario
sed cum immani tetraq; bellua: quę quoniam in fo/
ueam incidit: obruatur: Si enim illuc emerserit: nullius
supplicii crudelitas recusanda erit: sed tenetur ꝓmit̄
urgetur Nunc his copiis quas iam habemus: mox
his quas paucis diebus noui Consules compabunt.
Incumbite in causam Quiri. ut facitis: Nūq̄ inter se/
natum & uos consensus maior in ulla causa fuit:
nunq̄ tam uehementer cum Senatu cōsociati fuistis
nec mirum. Agitur non qua conditione uicturi: sed
uicturi ne simus an cū supplicio ignominiaq; peri/
turi: quāq̄ mortē quidē omnibus natura proposuit
Crudelitatem mortis & dedecus uirtus propulsare

solet: quę ꝓpria est Romani generis & seminis. Hac retinete queso Quirites: quã uobis tanq̃ hereditatẽ maiores uestri reliquerunt. Quanq̃ omnia alia falsa incerta sunt: caduca mobilia. Virtus est una altissimis defixa radicibus, quę nunq̃ ulla in labefactari potest, nunq̃ dimoueri loco. Hac uirtute maiores nostri: primum uniuersam italiam deuicerunt. Deinceps Carthaginem exciderunt. Numantiam euerterunt: potentissimos Reges, bellicosissimas gentes: in deditionẽ huius imperii redegerunt. Ac maioribus quidem nostris Quiri. cum eo hoste res erat: q haberet. R.P. curiam, ęrarium, consẽsum, & concordiam ciuium, rationem aliquam: si res ita tulisset, pacis & federis: hic uester hostis, uestram. R.P. oppugnat. Ipse habet nullũ Senatum: idest orbis terre consilium delere gestit: Ipse consilium publicũ nullum habet: ęrarium nostrũ exausit: suum non habet Nam concordiam ciuium qui habere potest, nullã qui habeat ciuitatem, pacis uero quę potest cum eo esse ratio: ĩ quo est incredibilis crudelitas: fides nulla: Est igitur Quir. P.R. uictori omnium gentium omne certamen cum excursore, cum latrone, cum spartaco. Nam ꝙ se similẽ Catilinę esse gloriari solet: scelere par est: belli industria inferior. Ille cum exercitũ nullum haberet: repente conflauit. Hic eũ ipsũ exercitum, quem accepit: ãmisit. Vt igitur Catilinã diligentia mea, Senatus auctoritate: uestro studio & uirtute fregistis. Sic Antonii nefarium latrocinium uestra cum Senatus concordia: tanta quanta nunquam fuit: foelicitate & uirtute exercitũ ducũq; nostrorum breui tempore oppressum esse audietis. Equidem quantum cura, labore, uigiliis, auctoritate

consilio eniti, atq; efficere potero: nihil pretermittã quod ad libertatem pertinere arbitrabor. Neq; enĩ id possum nisi me amplissimis bñficiis, sine scelere facere possum. Hodierno aũt die primo referente uiro fortissimo: uobisq; amicissimo. M. hoc Seruilio, collegisq; eius, ornatissimis uiris, optimis ciuibus: lõgo interuallo me auctore & principe ad spem libertatis exarsimus.

NIHIL UNQUAM LONGIus Kl. ian. mihi uisum est. P.C. quod idem intelligebam per hos dies unicuiq; uestrum uideri. Qui enim bellum cum. R.P. gerunt: hunc diem nõ expectant. Nos autem: tum cum maxime consilio uestro subuenire cõmuni saluti oporteret: in Senatum conuocabamur: Sed querelam preteritorũ dierum sustulit oratio Consulum: qui ita locuti sunt: ut magis exoptatę Kl. iañ: q̃ sere esse uideantur: Atq; ut oratio Consulum animum meum erexit: spemq; attulit non modo salutis conseruandę, uerum etiam dignitatis pristinę recuperãdę: Sic me perturbasset eius sententia: q primus rogatus est: nisi uestrę uirtuti, constantięq; considerem. Hic enim nobis. P.C. dies illuxit: hęc potestas data est: ut quantũ uirtutis quantum constantię, quantum grauitatis in huius ordinis consilio esset, P. R. declarare possetis. Recordamini qui dies nudius tertius decimus fuerit: quãtus consensus uestrum: quanta uirtus, quanta constantia, quantam sitis a. R.P. laudẽ, quantã gloriã, gratiam consecuti. Atq; illo die. P.C. ea cõstituistis

ut uobis nihil iam sit integrũ : nisi aut honesta pax
aut bellum necessarium. Pacem uult. M. Antonius
arma ponat | roget | deprecetur | neminem ęquiorem
me reperiet: q̄q̄ dum se ciuibus impiis commẽdat:
inimicus esse: q̄ amicus mauult. Nihil est profecto
quod dari possit bellum gerenti: erit fortasse aliquid
quod concedi possit roganti: legatos uero ad eum
mittere: de quo grauissimũ iudicium nudius tertiꝰ
decimus fecistis: non iam leuitatis est: sed ut quod
sentio dicam: dementię. primum enim eos duces
laudauistis: qui contra illum bellum priuato cõsilio
suscepissent: Deinde milites ueteranos: q cũ ab An/
tonio in Colonias essent deducti: illius beneficio li/
bertatem. P.R. anteposuerunt. Quid legio martia?
Quid quarta? cur laudantur? At qui cum consules:
non dũ haberetis: decreuistis ut & de premiis mi/
litum | & de honoribus ĩperatorũ: primo quoq; tem/
pore referretur. Placet eodem tempore pręmia cõ/
stituere iis qui contra Antonium arma ceperunt:
& legatos ad Antonium mittere: ut iam pudendũ
sit: honestiora esse legionum decreta: q̄ Senatus. Si/
quidem legiones decreuerunt senatum defendere
contra Antoniũ. Senatus decreuit legatos ad An/
tonium mittere. Vtrum hoc est confirmare militũ
animos? an debilitare uirtutem? Hoc dies .xii. pfece/
runt | ut quem nemo preter Cotylam meum inuen/
tus sit qui defenderet: is habebat iam patronos etiã
consulares: qui utinam omnes ante me sententiam
rogarentur: q̄q̄ suspicor quid dicturi sunt quidam
eorum: qui post me rogabuntur: Facilius cõtra di/
cerem: si quid uideretur. Est enim opinio decreturũ
aliquem. M. Antonio illam ultimam Galliã quã

iudicum scitote esse collectum. Hęc causa cur lex tã egregia tamq́ pręclara maximo imbri|tempestate| uentis |procellis | turbinibus inter fulmina & toni/trua ferretur: ut eos iudices haberemus: quos socios ad epulas habere hospites nemo uelit! Scelerum magnitudo|conscientia maleficiorum|direptio eius pecunię: cuius ratio in edę opis confecta est: Hanc tertiam decuriam excogitauit: nec ante turpes iudi/ces quesitu: quã honestis iudiciis nocentiũ salus de/sperata est: sed illud os: illam impuritatem cęni fe/cisse: ut hos iudices legere auderet: quorum lectio/ne duplex imprimeret. R.P. dedecus: Vnum quod tam turpes iudices essent: Alterum q patefactum cognitumq́ esset q̃multos in ciuitate turpes habe/remus. Hanc ergo | & reliquas eiusmodi leges etiã si sine ui saluis auspiciis essent rogatę: censerem tñ abrogandas. Nunc uero cur abrogandas censeam quas iudico non rogatas? An illę non grauissimis ignominiis: monumentisq́ huius ordinis ad poste/ritatis memoriam sunt notandę. q unus. M. An/tonius in hac Vrbe post conditam Vrbẽ palã secũ habuit armatos: quod neq́ Reges fecerũt: neq́ hi: q regibus exactis regnum occupare uoluerunt. Cinnã memini: uidi Syllam: modo Cęsarem: Hi enim tres post ciuitatem a. L. Bruto liberatam plus potuerũt q̃ uniuersa res. p. Nõ possum affirmare nullis telis eos stipatos fuisse: hoc dico nec multis & occultis: at hanc pestem agmẽ armatorum sequebatur. Classi/tius| Mustella| tiro gladios ostentãtes| sui similes gre/ges ducebant per forum: certum agminis locum tenebant Barbari sagittarii. Cum autem erat uentũ ad ędem Concordię: gradus cõplebantur: lecticę

collocabantur: non q̃ ille scuta uellet occulta esse: sed ne familiares si scuta ipsi ferrent laborarent. Illud uero teterrimum auditu: nō modo aspectu. In cella Cōcordię collocari armatos latrones sicarios e templo carcerē fieri: apertis ualuis Concordię. Cū inter subsellia Senatus uersarentur latrones. P.C. sententias dicere. Huc etiam nisi uenirem K1. Septembris: fabros se missurum: & domum meam disturbaturū esse dixit. Magna res credo agebat̃: de supplicatiōe referebatur. Veni postridie: ipse non uenit: locutus sum de re.p. minus equidē libere: q̃ mea cōsuetudo: liberius tamen q̃ pericula mineç postulabant. At ille homo uehemens & uiolentus qui hanc consuetudinem libere dicendi excluderet: Fecerat enim hoc idem maxima cum laude. L. Piso. xxx. diebus ante me: inimicitias mihi denuntiauit: adesse in senatu iussit ad. xiii. K1. Octobris. Ipse interea decē & septē dies: ut digestio: potius q̃ declamatio uideretur: de me in Tyburtino Scipionis declamitauit: sitim querens. Hęc enim ei causa esse solet declamandi. Cum is dies quo me adesse iusserat: uenisset: Tum uero agmine quadrato in ędem Cōcordię uenit: atq̧ in me absentem: orationem ore impurissimo euomuit: quo die si per amicos mihi cupienti in Senatū uenire licuisset cędis initium fecisset a me: Sic eni statuerat. Cum autem semel gladium scelere imbuisset: nulla res ei finem cędendi nisi defatigatio & sacietas attulisset: Etenim aderat. L. frater gladiator Asiaticus: qui Mirmillo Mylasis depugnarat: sanguinē nostrū sitiebat: suum in illa gladiatoria pugna multum profuderat. Hic pecunias nostras existimabat: possessiones notabat: & Vrbanas & rusticas: huius

mendicitas auiditati coniuncta ĩ fortunas nostras
imminebat: diuidebat agros: quibus, & quos uole-
bat. nullus aditꝰ erat priuato: nulla ęquitatis deprę-
catio: tantum quisq; habebat possessor, quantum re-
liquerat diuisor Antonius. Quę q̃q̃ si leges irritas
feceritis: rata esse non possunt: tamen seperatim suo
nomine notanda censeo: iudicandũq;: nullos septē
uiros fuisse: nihil placere ratum esse quod elegissent:
aut quod ab his actum diceretur. M. uero Anto-
nium, quis est qui ciuem possit iudicare potius: q̃
teterrimum, & crudelissimum hostem? Qui pro ęde
Castoris sedens: audiente. P.R. dixerit: Nisi uictorē
uicturum neminem? Num putatis. P.C. dixisse eum
minatius: q̃ facturum fuisse? Quid uero quod in cō-
tione dicere ausus est: Se cum magistratu abisset
ad Vrbem uenturum: cum exercitu introiturũ quo-
tienscunq; uellet? Quid erat aliud: nisi denuntiare
P.R. seruitutem? Quod autem eius iter Brundusiũ?
Quę festinatio? quę spes: nisi ut ad Vrbē potius ex-
ercitum maximum adduceret? Qui autem delectus
Centurionum? Quę effrenatio impotentis animi?
Cum eius promissis legiones fortissimę reclamassēt
domum ad se uenire iussis. Centuriones quos bene
de. R.P. sentire cognouerat: eosq; ante pedes suos,
uxorisq; suę, quam secum grauis Imperator ad exer-
citũ duxerat iugulari coegit: Quo animo hunc cē-
setis futurum ĩ nos: quos oderat. Cum in eos: quos
nunq̃ uiderat: tam crudelis fuisset: & q̃ auidum in
pecuniis locupletum: qui pauperũ sanguinem cō-
cupisset? quorum ipsorum bona: quantacunq; erant
statim suis comitibus: compotoribusq; descripsit:
Atq; ille furens infesta iam patrię signa Brũdusio

inferebat. Cum Cęsar deorum immortalium bene-
ficio/diuini animi/ingenii consilii/magnitudine cū
sua sponte/eximiaqꝫ uirtute/tū approbatione aucto-
ritatis meę Colonias patris adiit: ueteranos mili-
tes conuocauit: Paucis diebus exercitum fecit: inci-
tatos latronis impetus retardauit. Postea uero quā
legio Martia ducem pręstantissimum uidit: nihil
egit aliud: nisi ut aliquando liberi essemus: quam est
imitata quarta Legio. Quo illę nuntio audito: cum
Senatum uocasset: adhibuissetqꝫ Cōsularem qui sua
sententia: C. Cęsarē hostem iudicaret: repēte cōcidit.
Post autem neqꝫ sacrificiis solennibus factis: neqꝫ
uotis nuncupatis profectus est: & profugit paluda-
tus. At quo? ī prouinciam firmissimorum & fortis-
simorum ciuium: qui illum ne si ita quid uenisset: ut
nullum bellum inferret: ferre potuissent impotentem/
iracundum/contumeliosum/superbum/semper po-
scentem/semper rapientem/semper ebrium. At ille
cuius ne pacatam quidē nequitiam quisquam ferre pos-
set bellū intulit prouincię Gallię. Circūsedit Mu-
tinam firmissimam & splendidissimam. P.R. Co-
loniam: oppugnat. D. Brutum Imperatorem: Con-
sulem designatum: ciuem non sibi: sed nobis & R.
P. natum. Ergo Hannibal hostis: ciuis Antonius:
quid ille fecit hostiliter: qđ hic aut nō fecerit/aut non
faciat/aut non moliatur & cogitet? Totum iter An-
tonii: quid habuit: nisi depopulationes? uastationes?
cędes rapinas? Quę non faciebat Hannibal: quia
multa ad usum reseruabat. Hęc ii qui ī horam uiuūt
non modo de fortunis & de bonis ciuium: Sed ne
quidem de utilitate sua cogitauerunt: Ad hunc dii
boni legatos mitti placet? norūt isti homines formā

R.P iura belli/exempla maiorum? Cogitant quid P.R.maiestas:quid Senatus seueritas postulet? Legatos decernitis: si ut deprecentur/contemnet:si ut imperetis/nõ audiet:denicꝫ quamuis seuera legatis mandata dederimus:nomen ipsum legatorum:hũc quem uidimus/restinguet ardorem:municipiorum atcꝫ Italię franget animos:ut omittã hęc quę magna sunt:certe ista legatio moram/& tarditatẽ afferet bello. Quamuis dicant quod quosdam audio dicturos:legati proficiscãtur:bellum nihilominus parez: Tamen legatorum nomen ipsum/& animos mollier:& belli celeritatem morabiẽ. Minimis momẽtis.P.C.maximę inclinationes temporum fiunt. Cũ in omni casu.R.P.tũ in bello:& maxime ciuili: qđ opinione plerũcꝫ/& fama gubernatur. Nemo queret quibus cum mandatis legatos miserimus: nomen ipsum legationis ultro missę:timoris esse signum uidebitur. Recedat a Mutina: desinat oppugnare Brutum:decedat ex Gallia:non est uerbis rogand9: cogendus est armis: Non enim ad Hannibalẽ mittimus:ut a Sagunto recedat:ad quem miserat olim Senatus.P. Valerium Flaccum &.Q.Fabium Pãphilum qui si Hannibal non pareret:Carthaginem ire iussi sunt. Nostros legatos quo iubebimus ire:si nõ paruerit Antonius. Ad nostrum ciuẽ mittimus ne Imperatorem:ne Coloniam .R.P.oppugnet? Ita ne uero hoc per legatos rogandus est: Quid interest per deos immortales. Vtrum hanc Vrbem oppugnet:an huius Vrbis propugnaculum:Coloniamcꝫ P.R.presidii causa collocatam? Belli punici secũdi/quod contra maiores nostros Hannibal gessit causa fuit Sagunti oppugnatio: Recte ad eũ legati missi:

mittebantur ad penum / mittebantur p̄ Hannibale
hostibus nostris: & sociis quid simile tandem? Nos
ad Ciuem mittemus ne Imperatorem. P. R. ne ex-
ercitum: ne Coloniam circumsedeat: ne oppugnet: ne
agros depopulet: ne sit hostis? Age si paruerit: hoc
Ciue uti: aut uolumus: aut possumus? Ante diē. xiiii.
Kl. ian. decretis uestris eum concidistis. cōstituistis
ut hęc ad uos Kl. ian. referrentur: quę referri uidetis:
de honoribus & pręmiis bene de re pu. meritorum:
quorum pricipem iudicauistis eum (qui fuit) C. Cę-
sarē: Qui. M. Antonii impetus nepharios ad Vr-
bem in Galliam uertit: deinde milites ueteranos / q
primi Cęsarem secuti sunt / tū illas cęlestes / diuinasq
legiones: Martiam / & quartam: quibus (cum Con-
sulem suum non modo reliquissent: sed bello etiam
persequerētur) honores / & pręmia spopondistis: eo-
dēq die. D. Bruti pręstātissimi Ciuis edicto allato /
atq proposito / factum eius collaudauistis: quodq
ille bellum priuato cōsilio susceperat: id uos aucto-
ritate publica comprobauistis. Quid igitur illo die
aliud egistis: nisi ut re hostem iudicaretis Antoniū.
His uestris decretis / aut ille uos ęquo animo aspi-
cere poterit: aut uos illum sine dolore summo uide-
bitis? Exclusit illum a. R. P. distraxit / segregauit non
solum scelus illius: sed etiam ut mihi uidetur fortu-
na quędam. R. P. qui si legatis paruerit: Romamq
redierit. Num quando perditis ciuibus / uexillū quo
concurrant defuturum putatis? Sed hęc minus ue-
reor: Sūt alia ob quę magis nunq̄ parebit ille lega-
tis. Noui hominis insaniam / arrogantiam: noui per-
dita consilia amicorum: quibus ille est deditus. Lu-
cius quidē frater eius / utpote qui pegre depugnauit:

familiam ducat:si per se ipse sanus, q̃ nunq̃ erit:per hos esse,tamen ei non licebit. Teretur iterea tēpus: belli apparatus refrigescent. Vnde est adhuc bellum, nisi ex retardatione,& mora. Vt primum post discessum latronis, uel potius desperatam fugam, libere Senatus haberi potuit: semper flagitaui ut conuocaremur: quotidie primum conuocati sumus: cum designati Consules non adessent: ieci sententia mea, maxime uestro consensu fundamenta. R.P. serius omnino q̃ decuit: nec enim ante potui: Sed tamen si ex eo tempore dies nullus intermissus esset: bellū profecto nullū haberemus. Omne malum nascens facile opprimitur: inueteratum fit plerunq̃ robusti9 Sed tum expectabantur Kl.iañ.fortasse non recte: Verum preterita omittamus. Etiam ne hanc morā afferemus dum proficiscātur legati,dum reuertantur? quorum expectatio dubitationem belli afferet: bello autem dubio,quod potest studiū esse delectus? Quamobrem.P.C.legatorum mentionem nullam censeo faciendam: rem administrandam arbitror: sine ulla mora, & confestim gerendā censeo: tumultum decerni, iusticiū īdici.sagasūū dico oportere.delectum haberi sublatis uacationibus in Vrbe,& in Italia: preter Galliam totā. Quę si erunt facta: opinio ipsa,& fama uestrę seueritatis obruet scelerati gladiatoris amentiam. Sentiet sibi bellum cum.R.P.esse susceptum. Experietur consentientis Senatus neruos,atq̃ uires. Nam nunc quod partium contentionem esse dictitat: quarum partium: alteri uicti sūt: alteri sunt mediis.C.Cęsaris partibus: Nisi forte Cęsaris partes a Pansa & Hyrcio coss.& a filio.C. Cęsaris oppugnari putamus. Hoc uero bellum non

ex dissensione partium: sed ex nefaria spe perditissi-
morum Ciuium excitatum: quibus bona: fortuneque
nostre nota sunt: & iam ad cuiusque opinionẽ distri-
bute. Legi epistolam Antonii quam ad quendam
vii. uirũ capitalem hominem Collegam suum mi-
serat. Quid cõcupiscas: tu uideris: quod concupiue-
ris: certe habebis. Em ad quem legatos mittamus:
cui bellum moremur inferre: qui ne sorti quidẽ fortu-
nas nr̃as destinauit: sed libidini cuiusque nos ita ad-
dixit: ut ne sibi quidẽ quicquã integrum: quod non ali-
cui promissum iã sit: reliquerit. Cum hoc. P.C. bello
in quã certandum est: idque confestim legatorum tar-
ditas repudianda est. Quapropter ne multa nobis
quotidie decernenda sint: Consulibus totam R.P.
committendam censeo. iisque permittendum ut rem
p. defendant: prouideantque ne quid R.P. detrimẽti
accipiat. Censeoque ut iis qui in exercitu Antonii sũt:
ne sit ea res fraudi: si ante Kl. febr. ab eo discesserint.
Hęc si censueritis. P.C. breui tempore libertatem. R.
P. auctoritatemque uestram recuperabitis. Si autem
lenius agetis: tamen eadem: Sed fortasse serius de-
cernetis de. R.P. quoad retulistis: satis decreuisse ui-
deor. Altera res est de honoribus: de quibus dein-
ceps intelligo esse dicendum. Sed qui ordo in sentẽ-
tiis rogandis seruari solet: eundem tenebo in uiris
fortibus honorandis. A Bruto igitur Consule de-
sign. more maiorum capiamus exordium: cuius ut
superiora omittam: quę sunt maxima illa quidem.
Sed adhuc hominũ magis iudiciis: quã publice lau-
data: quibus nam uerbis eius laudes huius ipsius
temporis consequi possumus? Neque enim ullã mer-
cedẽ tanta uirtus: pręter hãc: laudis: glorięque desiderat:

qua etiam si careat: tamen sit se ipsa contenta: quãq̃
in memoriam gratorum Ciuium: tanq̃ in luce po/
sita letentur. Laus igitur iudicii testimoniiq; uestri
tribuenda Bruto est. Quamobrem his uerbis. P.C.
Senatus .C. faciendũ censeo. Cum .D. Brutus Imp.
Cos. desig. prouinciam Galliam i Senatus / populiq;
R. potestate teneat, cuneq; exercitum tantum: tam
breui tempore sũmo studio municipiorũ. Colonia/
rumq; prouincię Gallię optime de. R.P. meritę: me/
rentisq; conscripserit / cõpararit: id eum recte & or/
dine exq; R.P. fecisse: Idq; .D. Bruti prestantissimũ
meritum in rem. p. Senatui populoq; R. gratũ esse /
& fore. Itaq; Senatum .Pq; R. existimare .D. Bruti
Imperatoris Cos. design. opera: cõsilio / uirtute / incre/
dibiliq; studio / & consensu: prouincię Gallię: rei. p.
difficillimo tempore esse subuentum. Huic tanto
merito Bruti. P.C. tantoq; in rem. p. quis est tant9
bonos qui non debeatur? Nam si. M. Antonio pa/
tuisset Gallia: si oppressis municipiis: & Colonis
imperatis in illam ultimam Galliã penetrare po/
tuisset. Quantus rei. p. terror impenderet? dubitaret
credo homo amentissimus / atq; omnibus consiliis
preceps / & deuius: non solum cum exercitu suo / sed
etiam cum omni immanitate Barbarie bellum in/
ferre nobis. Vt eius furorem ne alpium quidẽ mu/
ro cohibere possemus. Hęc igitur habenda gratia est
D. Bruto: qui illum nondum interposita auctorita/
te uestra: suo consilio / atq; iudicio: non ut Consulem
recepit: sed ut hostem arcuit: Galliam seq; obsederi: q̃
hanc Vrbem maluit. Habeat ergo huius tanti facti /
tamq; preclari decreto uestro testimonium sempi/
ternum: Galliamq; quę semper presidet / atq; presedit

huic imperio libertatiq; cōmuni: merito uereq; laudetur q se suasq; uires non traddidit: sed opposuit. Atq; etiam. M. Lepido pro eius egregiis in rem. p. meritis decernendos honores q̄ amplissimos ceseo. Semper ille populum. R. liberū uoluit: maximūq; signum illo die dedit uoluntatis & iudicii sui: cum Antonio Diadema Cęsari imponente se auertit: gemituq; & moesticia declarauit quantū haberet odiū seruitutis: q̄ populum. R. liberum cuperet: q̄ illa que tulerat temporum magis necessitate: q̄ iudicio tulisset. Quanta uero is moderatione usus sit: in illo tempore ciuitatis: quod post mortem Cęsaris cōsecutū est: quis nostrum obliuisci potest? magna hęc. Sed ad maiora properat oratio. Quid enim o dii immortales admirabilius omnibus gētibus: quid optatius poulo. R. accidere potuit: q̄ cum bellum ciuile maximum esset: cuius belli exitum omnes timeremus: sapientia & iam id potius extingui: q̄ armis & ferro rem in discrimen adducere. Quod si eadē ratio Cęsaris fuisset: in illo tetro miseroq; bello: ut omittā patre: duos. CN. Pōpeii sūmi & singularis uiri filios incolumes haberem9: quib9 certe pietas fraudi esse nō debet. Vtinam omnes. M. Lepidus seruare potuisset: facturum fuisse declarauit: in eo q potuit: cum sex. Pompeium restituit ciuitati maximum ornamentum. R. P. clarissimum monumētū clementię suę. Grauis illa fortuna: P. R. graue factū: Pompeio enim patre quod Imperio populi. R. lumen extincto. Interfectus est patris simillimus filius. Sed omnia mihi uidentur deorum immortaliū iudicio & pietate sex. Pōpeio. R. P. conseruato. Quā ob causā iustā atq; magnā: & quod periculosissimū

ciuile bellum maximumq; humanitate, & sapiētia sua. M. Lepidus ad pacem, concordiamq; conuertit S.C. his uerbis censeo pręscribendum. Cum a. M. Lepido Imp. pontifice max. sępenumero res .p. & bene, & foeliciter gesta sit: populusq;. R. intellexerit ei dominatum Regium maxime displicere. Cunq; ei9 opera uirtute, consilio, singulariq; clementia, & mā/suetudine: bellum acerbissimum ciuile sit restinctū. Sex. q; Pompei9. CN. F. magn9 huius ordinis auc/toritate ab armis discesserit. Et a. M. Lepido Imp. pont. max. summa Senatus: populiq; Romani uo/luntate ciuitati restitutus sit. Senatum po. q;. R. pro maximis, plurimisq; in rem. p. M. Lepidi meritis: magnam spem in eius uirtute, auctoritate, foelicitate reponere: ocii pacis, concordię, libertatis: eiusq; in rē p. meritorum Senatum, populumq; . R. memorem fore: Eiq; statuam equestrem inauratam ī Rostris, aut quo alio loco in foro uellet: ex huius ordinis sē/tētia statui placere. Qui honos. P.C. mihi maxim9 uidetur. Primum quia iustus est: nō enī solū datur propter spem temporum reliquorum: sed pro am/plissimis meritis redditur. Nec uero cuiq̄ possumus commemorare hunc honorem a Senatu tributum iudicio Senatus soluto, & libero. Venio ad. C. Cęsarē P.C. qui nisi fuisset: quis nostrū esse potuisset.? Ad/uolabat ad Vrbem a Brundusio homo impotentis/simus: ardens odio: animo hostili in omnis bonos cum exercitu Antonius. Quid huius audacię & sce/leri poterat opponi? nondum ullos duces habeba/mus, non copias: nullum erat consilium publicum, nulla libertas: dandę ceruices erant crudelitati ne/farię: fugam querebamus omnes: quę ipsa exitū nō

Comparatio CN. pompeij adolescentis et octauij

habebat. Quis tum nobis! quis populo.R.obtulit hunc diuinum adolescentem deus! qui cum omnia ad perniciem nostram pestifero illi ciui paterent: subito pręter spem omnium exortus: prius confecit exercitum: quē furori .M. Antonii opponeret: quam quisquam hoc eū cogitare suspicaretur. Magni honores habiti.CN.Pompeio cum esset adolescens: & quidem iure: subuenit etiam rei.p.sed ętate multo robustior: & militum ducem querentium: studio paratior: & in alio genere belli. Nō enim omnibus Syllę causa grata: declarat multitudo proscriptorum: tot municipiorum maximę calamitates. Cęsar autem ānis multis iunior ueteranos cupientis iam requiescere armauit: eam complexus est causam: quę esset Senatui: quę populo: quę cunctę Italię: quę diis omnibus gratissima. Et Pompeius ad.L.Syllę maximū imperium: uictoremque exercitum accessit. Cęsar se ad neminem adiunxit: ipse Princeps exercitus faciendi: & pręsidii comparandi fuit. Ille in aduersariorum partibus agrum picenum habuit: inimicum. Hic ex Antonii amicis: sed amicorum libertatis contra Antonium confecit exercitum: illius opibus Sylla regnauit: huius pręsidio Antonii dominatus oppressus est. Demus igitur imperium Cęsari: sine quo res militaris administrari: teneri exercitus: bellum geri non potest: & pro populo.R.eo iure quo qui optimo: qui bonos: quanquam est magnus illi ętati: tamen ad necessitatem rerum gerendarum: non solum ad dignitatem ualet. Itaque illa queramus quę uix hodierno die consequemur: sed sępe spero fore huius adolescentis hortandi: honorādique: & nobis: & populo.R.potestatē. Hoc autem tempore ita censeo

Cesar natus erat decem et octo

Conclusio ex comp.

decernendū.Quod.C.Cęsar.C.F.pontifex pro.pr.
summo rei.p.tempore milites:& ueteranos ad li/
bertatem populi.R.cohortatus sit:eosq; conscripse/
rit:quodq; legio martia,quartaq; summo studio,op/
timoq; in rem.p.cōsensu.C.Cęsare duce,& auctore
rem.p.libertatem.P.R.defendāt,defenderint:& qđ
C.Cęsar pro pr.Gallię prouincię cum exercitu sub/
sidio profectus sit:equites,sagittarios,elefantos in
suam,populiq;.R.potestatē redegerit:difficillimoq;
R.P.tempore saluti,dignitatiq; populi.R.subuene/
rit.Ob eas causas Senatui placere.C.Cęsarem.C.F.
Pontificem pro pr.Senatorem esse:sententiāq; loco
pr.dicere:eiusq; honoris rationem quemcunq; ap/
petet ita haberi:prout haberi lege liceret:si anno su/
periore questor fuisset.Quid est enim.P.C.cur eum
non q̄primum amplissimos honores capere cupi/
amus.Legibus enim annalibus cum grandiorem
ętatem ad consulatum constituebant:adolescentię
temeritatem uerebantur.C.Cęsar ineunte ętate do/
cuit ab excellenti,eximiaq; uirtute:progressum ętatis
expectari nō oportere.Itaq; maiores nostri ueteres
illi admodum āntiquę leges annales non habebāt:
quas multis post annis attulit ambitio:ut gradus
essent petitionis inter equales.Ita spe magna indo/
les uirtutis priusq̄ rei.p.prodesse potuisset extincta
fuit.At uero apud āntiquos Rulli,Decii,coruini,mul
tiq; alii:recentiore autem memoria superior Afri/
canus.T.Flaminius admodum adolescentes Con/
sules facti tantas res gesserunt:ut populi.R.imperi/
um auxerint:nomen ornauerint.Quid Macedo
Alexander cum ab ineunte ętate res maximas ge/
rere cepisset:nonne tertio,& trigesimo anno mortē

obiit: quę est ętas nostris legibus: decem annis iunior q̃ Cōsularis: ex quo iudicari potest: uirtutis esse q̃ ętatis cursum celeriorem. Nam q̄ ii qui Cęsarem inuident: simulant se timere: ne uerendum quidem est: ut tenere se possit: ut moderari: ne honoribus nostris elatus intemperantius suis opibus utatur. Ea natura rerum est. P.C. ut qui sensum uerę glorię ceperit: quiq̄ se ab Senatu: ab equitibus. R. populoq̄. R. uniuerso senserit Ciuem clarum haberi: salutaremq̄ rei. p. nihil cū hac gloria comparandum putet. Vtinam. C. Cęsari patri dico contigisset adolescenti: ut esset Senatui: atq̄ optimo cuiq̄ carissimus: quod cū consequi neglexisset: omnem uim ingenii: quę summa fuit in illo: in populari leuitate consumpsit. Itaq̄ cum respectum ad Senatum: & ad bonos non haberet: eam sibi uiam ipse patefecit: ad opes suas amplificandas: quam uirtus liberi populi ferre nō posset. Quis autem filii longissime diuersa ratio: qui cū omnibus est: tum optimo cuiq̄ carissimus: in hoc spes libertatis posita est: ab hoc accepta iam salus: huic summi honores & exquiruntur: & parati sunt: Cuius igitur singularem prudentiam admiramur: eius stulticiam timemus? Quid enim stultius: q̃ inutilem potentiam: inuidiosas opes: cupiditatem dominandi pręcipitē: & lubricam: anteferre uerę: graui: solidę glorię? an hoc uidit puer: si ętate processerit: nō uidebit? At est quibusdā inimicus clarissimis: atq̄ optimis ciuib9: nullus iste timor esse debet. Omnis Cęsar inimicitias rei. p. condonauit: hanc sibi iudicē constituit: hanc moderatricem omnium factorum: Ita enim ad rem. p. accessit: ut eam confirmaret: nō ut euerteret. Oīs habeo cognitos sensus adolescentis

nihil ē illi rei.p.carius:nihil uestra auctoritate grauius:
nihil bonorum uirorum iudicio aptius :nihil uera
gloria dulcius. Quamobrem ab eo non modo nihil
timere:sed maiora & meliora expectare debetis:neq
in eo qui ad.D.Brutum obsidione liberandum pro
fectus sit timere:neq memoria maneat domestici
doloris:que plus apud eum possit:quam salus ciui
tatis. Audebo etiam obligare fidem meam.P.C.
uobis:populoq.R.quam profecto cum me nulla uis
cogeret:facere non auderem:pertimescerem q in re
maxima periculosam opinionem temeritatis: pro
mitto:recipio:spondeo.P.C.C.Cęsarem talem sēper
fore Ciuem:qualis hodie sit:qualemq eū maximi
me uelle esse:& optare debemus. Quę cum ita sint
de Cęsare satis hoc tēpore dictum habeo. Nec uero
de.L.Egnatuleio fortissimo:& constantissimo Ciue
amicissimoq rei.P.silendum arbitror. Sed tribuen
dum testimonium uirtutis egregię:quod is legionem
quartam ad Cęsarem adduxerit.quę pręsidio Con
sulibus:Senatui:populoq.R.rei.p.esset ob eā causā
placere:Vt.L.Egnatuleio triennium ante legittimū
tempus magistratus petere:capere:gerere liceat. In
quo.P.C.non tantum cōmodum tribuitur.L.Eg
natuleio:quantū honos. In tali enim re satis est no
minari. De exercitu autem.C.Cęsaris ita censeo de
cernendum:Senatui placere:militibus ueteranis:q
Cęsaris:Pontificis auctoritatemq huius ordinis de
fenderint:atq defendant:iis:liberisq eorum militię
uacationē esse. Vtiq.C.Pansa.A.Hircius coss. alter
A.Aue: cognoscerent: qui ager colonus esset:quo
milites ueterani deducti essent:qui cōtra legem Iu
liā possideretur:ut iis militibus ueteranis diuideretur

De agro Cōpano seperatim cognosceret: inirentq́ rationem de commodis militum ueteranorum augendis: legioniq́ martię: & legioni quartę: & iis militibus: qui de legione secunda. xxxv. ad. C. Pansam A. hirtium coss. uenissent: suaq́ nomina dedissent: q̄ iis Senatus: populiq́ Romani libertas: carissima sit & fuerit: uacationem militię ipsis: liberisq́ eorum esse placere extra tumultum Gallicum Italicumq́: easq́ legiones bello confecto missas fieri placere: Quantāq́ pecuniam militibus earum legionū in singulos. C. Cęsar pontifex pro pr. pollicitus sit: tātā dari placere. Vtiq́. C. Pansa. A. Hircius Consules alter amboue. A. A. ue rationem agri habeant: qui sine iniuria priuatorum diuidi possit. Iisq́ militibus legionis martię: & legionis quartę ita darēt: assignarent: ut quibus militib⁊ amplissime dati assignati essent. Dixi ad ea omnia Consules de quib⁊ retulistis: quę sine mora matureq́ decreta: facilius apparabitis: ea quę tēpus: & necessitas flagitat. Celeritate autem opus est: qua si essemus usi: bellum ut sępe dixi nullum haberemus.

VDITA VOBIS ESSE ARBItror Quir. quę sint acta ī Senatu: quę fuerit cuiusq́ sentētia. Res enī ex Kľ. Iañ. agitata paulo añ confecta est: minus q̄ illa seuere q̄ decuit: non tamen omnino dissolute: Mora est allato bello: non causa sublata. Quamobrem q́ quesiuit me. P. Appuleius homo & multis officiis mihi: & summa familiaritate coniunctus: & uobis amicissimus ita respondebo:

Vt ed

ut ea quibus non interfuistis nosse possitis. Causa fortissimis / optimisq; Consulibus Kl. ian. de re. p. primum referendi fuit: ex eo q;. xiii. Kl. ian. Senat9 me auctore decreuit. Eo die primum Quir. fundamenta iacta sunt rei. p. fuit enim longo interuallo ita liber Senatus: ut uos aliquando liberi essetis. Quoquidem tempore etiam si ille dies uitę finem mihi allaturus esset: satis magnum ceperam fructũ cum uos uniuersi una mente / atq; uoce iterum a me conseruatam esse rem. p. cõclamastis. Hoc uestro iudicio tanto / tãq; pręclaro excitat9: ita Kl. ian. ueni in Senatum ut meminissem quam personam impositam a uobis sustinerem. Itaq; bellum nefarium illatum rei. p. cum uiderem: nullam moram interponendam insequendi. M. Antonium putaui: hominemq; audacissimum: qui multis nefariis rebus ante commissis hoc tempore Imperatorem populi. R. oppugnaret: Coloniam uestram fidissimam fortissimamq; obsideret: bello censui persequendum: tumultũ esse decreui: iustitiũ edici: saga sumi dixi placere: q̃ quo omnes acrius / grauiusq; incumberent ad ulciscẽdas rei. p. iniurias: si omnia grauissimi belli insignia suscepta a Senatu uiderent. Itaq; hęc sententia sic per triduum ualuit: Vt quanq̃ discessio facta non esset: tamen preter paucos: omnes mihi assensuri uiderent̃. Hodierno autem die non est pene: scio quã ea obiecta re remissior Senatus fuit: nã plures eam sententiam secuti sunt: ut quantum Senat9 auctoritas / uesterq; cõsensus apud Antonium ualiturus esset: per legatos experiremur. Intelligo Quir. a uobis hanc sententiam repudiari: neq; iniuria: ad quẽ enim legatos / ad eum ne: qui pecunia publica

dissipata atq; effusa: per uim & contra auspicia impositus rei. p. legibus fugata contione: obsesso Senatu ad opprimendam rem. p. Brundusio legiones accersierit: ab iis relictus cũ latronũ manu in Galliã irruperit: Brutum oppugnet: Mutinam circumsedeat: quę uobis potest cum hoc gladiatore conditionis: ęquitatis: legationis esse communitas? Quanq̃ Quir. non est illa legatio sed denũctiatio belli: nisi paruerit. Ita enim est decretum: ut si legati ad Hannibalẽ mitterentur. Mittuntur enim qui nũcient ne oppugnet Consulem design.: ne Mutinam obsedeat: ne prouinciam depopuletur: ne delectus habeat: sit in Senatus atq; populi Romani potestate. Facile uero huic denunciationi parebit: ut in patrum. C. atq; in uestra potestate sit: qui in sua nũq̃ fuerit. Quid enim ille nũq̃ arbitrio suo fecit: semper eo tractus: quo libido rapuit quo leuitas quo furor quo uinolentia semper eum duo dissimilia genera: lenonum & latronum ita domesticis stupris forensibus parricidiis delectat: ut mulieri citius auritissime paruerit q̃ Senatui populoq;. R. Itaq; qđ paulo ante feci in Senatu faciam apud uos: testificor denunctio ante predico nihil. M. Antonium eorum quę sunt legatis mandata fructũ: uastaturum agros Mutinam obsessurum: dilectus qua possit habiturum. Is est enim ille qui semper Senatus iudicium & auctoritatem semper uoluntatem uestram potestatemq; contempserit: An ille id faciat quod paulo ante decretum est: ut exercitum citra flumen Rubiconem qui finis est Gallię educeret: dum ne plus Vrbem Romã. cc. mil. admoueret. Huic denũctiationi ille pareat: ille se fluuio Rubicone. cc. milia

circumscriptum esse patiatur? non is est Antonius: Nam si esset, nō cōmisisset ut ei Senatus tanq̃ Hannibali initio belli punici denūctiaret: ne oppugnaret Saguntum. Quod uero ita auocatur a Mutina: ut ab Vrbe tanq̃ pestifera flamma arceatur: quam habet ignomīiam? Quod iudicium Senatus? Quid q̃ a Senatu dantur mandata legatis: ut. D. Brutum militesq̃ eius adeant: iisq̃ demonstrent sua in rem p. merita: beneficiaq̃ eorum grata esse Senatui populoq̃. R. iisq̃ eam rē magnę laudi, magnoq̃ honori fore: passurum ne censetis Antonium introire Mutinam legatos: exire inde tuto? nunq̃ patietur: mihi credite. Noui uinolentiam: noui impudentiā noui audaciam, nec uero de illo: sicut de homine aliquo debemus: sed ut de importunissima belua cogitare. Quę cum ita sint non omnino dissolutum ē quod decreuit Senatus: habet atrocitatis aliquid legatio: utinam nihil haberet morę. Nam cū plerisq̃ in rebus gerendis tarditas, & procrastinatio odiosa est: tum hoc bellum indiget celeritatis. Succurrendū ēst. D. Bruto: omnes undiq̃ copię colligendę: horā exhibere nullam in tali ciue liberando sine scelere non possumus. An ille non potuit si Antonium Cos. Si Galliam Antonii prouīciam iudicasset, legiones Antonio, & prouinciam tradere? domum redire? triumphare? primus ī hoc ordine, quo ad magistratum iniret? quid negocii fuit? Sed cum se Brutum esse meminisset, uestręq̃ libertati natum? Quid agit aliud: nisi ut pene corpore suo Gallia prohiberet Antonium. Ad hunc utrum legatos: an legiones ire oportebat? Sed prętertita omittamus: properent, quod uideo esse facturos: uos saga parate:

procrastinari est tēpus differr ut ĝ cras natio .i. dilatio

accipit arg. a familia bruti. D. Brutus M. brutus erāt patrueles .i. filii duorū fratrum

~~iretur~~ interea ibitur: non parebit: nos amissos tot dies rei gerendę queremur. Non metuo Quir. ne cum audierit Antonius / me hoc in Senatu: & in contione confirmasse: nunq̃ illum futurum in Senatus potestate refellēdi mei causa: ut ego nihil uidisse uidear: uertat se: Senatui pareat: nunq̃ faciet: non inuidebit huic meę glorię: malet me sapientem a uobis: q̃ se modestum existimari. Quid ipse si uelit? Num etiā L. fratrem passurū arbitramur? nuper quidem dicitur ad Tybur: ut opinor: cum ei labare. M. Antonius uideretur mortem fratri esse minatus: Etiam ne ab hoc Mirmillone asiatico Senatus mādata legatorum uerba audientur? Nec eni se cerni a fratre poterit tanta presertim auctoritate. Nam hic inter illos Affricanus est: pluris habetur q̃. L. Trebellius: pluris q̃. T. Plancius adolescēs nobilis: qui omnibus sententiis maximo uestro plausu condemnatus nescio quomodo se coniecit in turbam: atq; ita ... rediit: ut retractus: non reuersus uideretur. Sic contemnit tanq̃ si illi aqua / & igni interdictum sit: aliquando negat ei locum esse oportere in Curia / qui incēderit curiam. Nam Trebellium ualde iā diligit: oderat tum cum ille tabulis nouis aduersabatur. Iā fert in oculis postq̃ ipsum Trebellium uidit sine tabulis nouis saluum esse nō posse. Audisse enim uos arbitror Quir. quod etiam uidere potuistis quotidie sponsores / & creditores. L. Trebellii conuenire. O fides. hoc puto: Trebellium sumpsisse cognomen: quę potest esse maior fides: q̃ fraudare creditores? domo pfugere? propter ęs alienum uenire ad arma? Vbi plausus ille in triumpho est sępe ludis? ubi ędilitas delata summo studio bonorum? Quis est qui

L. Trebellius erat Trib. ple. cum dolobella Antonius cū rediret a cesare et etiā ipse erat tribunus coadopratus a Curione grauis intro ere alieno conatus est & sepius teptauit ferre tabulas nouas: tabule noue excogitate fuerūt uti onus soluēdi debitoribus inpotētibus minueretur. Trebellius & dolobella intercesserūt & impedierūt: unde Antonius nō potuit tabulas nouas ferre. hebat igitur hos odio: qd tpre lenitum est: postea trebellius cū es alienū accepisset et soluere nō posset coactus est cedere ab urbe et confugit ad antoniū
o fides et adeo fuit suator promissi. L. trebellius ut posset cognominari fides Ironia

spe fuit eī etiā edilis

L. Antoniũ Antonius in cõsulatu suo effecit ut oẽs tribus appellarent patronũ suũ & defensorẽ. L. antoniũ statuasq; duas equestres publice erexit eidẽ et obtinuit ab equitib; ro. qd minime nrãt erat cũ i tribubus oẽs ordines po. ro. scriberent

Ironia

hunc non casu existimet recte fecisse: nequitia scelus
est. Sed redeo ad amores | deliciasq; nostras. L. An-
toniũ: qui uos omnes in fidem suam recepit. Ne-
gatis? Nũ quisnã est uestrũ qui tribũ nõ habeat: atq;
Certe nemo illum quinq; & triginta tribus patronũ
adoptarunt. Rursus reclamat? aspicite a sinistra illã
equestrem statuam inauratã: in qua quid inscriptũ
est: quinq; & triginta tribus patrono: populiq; R.
Igitur est patronus. L. Antonius? malam quidem
illi pestẽ: clamori enim uestro assentior? Nõ modo
hic latro: quem clientem habere nemo uelit: Sed qã
unq̃ tantis opib;: tantis reb; gestis fuit: q se: populiq;
R. uictoris | dominumq; omnium gentium tutorem
dicere auderet? In foro. L. Antonii statuã uidemus
sicut illa. Q. Trebellii qui Hernicos deuicit ante ca-
storis. O impudentiam incredibilẽ: tantum ne sibi
sumpsit qui: a mi | lassis Mirmilionem thracem iu-
gulauit familiarem suum: Quonam modo istum
ferre possemus: si in hoc foro spectantibus uobis
depugnasset? Sed hęc una statua: altera equitibus. R.
equo publico: qui item ascribunt patrono: quẽ unq̃
iste ordo patronum adoptauit? si quẽq̃: debuit me:
sed me omitto: Quem censorem: quem nup agrum
iis diuisit. O sordidos qui acceperunt. improbum
qui dederit. Statuerunt etiam tribuni militares | qui
in exercitu Cęsaris duobus fuerunt? Quis est iste
ordo? multi fuerunt multis in legionibus per tot
annos: iis quoq; diuisit Semurium. Campus Mar-
cius restabat? nisi prius cum fratre fugisset: Sed hęc
agrorum assignatio paulo ante Quir. L. Cęsaris cla-
rissimi uiri | & prestantissimi Senatoris sententia dis-
soluta est. huic enĩ assensi: septẽuirũ acta sustulim9.

i. dominiq;

i. Messorem Messor dicebatur ille q agros diuidebat a metior.

Nucule salvius nucula ap antoniũ ualde potẽs fuit & inter agros suo arbitrio amicis suis dandos curauit

Palmaris toga triumphalis erat imperatores postea pro summo insigni sunt usi

Iacent beneficia Nuculę: friget patronus Antonius. Nam possessores animo ęquiore discedent: nullã impensam fecerant: nondum instruxerant: partim quia non confidebant: partim quia non habebant: Sed illa statua Palmaris: de qua si meliora tempora essent: non possem sine risu dicere. L. Antonio (Iano medio) patrono: ita in eam: Ianus medius in L. Antonii clientela sit: Quis unq̃ in illo inuẽtus ẽ qui. L. Antonio mille nummum ferret expensum? Sed nimis multa de nugis. Ad causam, bellumq; redeamus. quanq̃ non alienum fuit personas quasdam a uobis recognosci. Vt quibus cum bellum gereret possitis taciti cogitare. Ego autem uos hortor Quir. ut etiam si melius aliud fuit: tamẽ legatorum reditum expectetis animo ęquo: celeritas detracta de causa est. boni tamen aliquid accessit ad causam: Cum enim legati renũctiarint: quod certe renunciabunt non in uestra potestate: non in Senatus esse Antonium: Quis erit tam improbus ciuis qui illũ Ciuem habendum putet? Nũc enim sunt pauci illi quidem: sed tamen plures q̃ .R.P. dignum est, qui ita loquantur: ne legatos quidẽ expectabimus? Istam certe uocem simulationẽ clementięq; extorquebit iis res ipsa publica: quo etiã ut confitear uobis Quir. minus hodierno die contendi: minus laboraui: ut mihi Senatus assentiens tumultum decerneret: Saga sumi iuberet. malui .xx. diebus post sententiam meam laudari ab omnibus: q̃ a paucis hodie uituperari. Quapropter Quir. expectate legatorũ reditum: & paucorum dierũ molestiã deuorate: qui cum redierint: si pacem afferent, cupidum me: si bellum, prouidum iudicatote. An ego non prouideã meis

Ciuibus: non dies noctesq; de uestra libertate: de rei p. salute cogitem? Quid enim nõ debeo uobis Quir. quem uos a se ortũ hominibꝫ nobilissimis omnibꝫ honoribus prętulistis: an ĩgratus sũ? Quis minus q̃ ptis honoribꝫ eosdem gessi ĩ foro labores: quos in petendis rudis in rem. p? Quis exercitatior? qui uiginti iam ãnos bellũ gerã cũ ĩprobis Ciuibus? Quãobrẽ Quir. consilio quãtũ potero: labore plus pene q̃ potero excubabo: uigilaboq; pro uobis. Etenĩ quis est Ciuis p̃sertĩ hoc gradu: quo me uos esse uoluistis tam oblitus beneficii uestri: tam immemor patrię: tam inimicus dignitati suę: quẽ nõ excitet: & nõ inflãmet: tãtus iste uester cõsensus. Multas: magnasq; habui Consul contiones: multis interfui: nullã unq̃ uidi tantam: quãta nũc uestra est. Vnũ sentitis oẽs unũ studetis. M. Antonii conatũ auertere: a. R. P. furorem extinguere: opprimere audaciam: idẽ uolũt omnes ordines. Eodẽ incunbũt municipia: Colonię: cuncta Italia. Itaq; Senatũ sua sponte bñ firmũ: firmiorẽ uestra auctoritate fecistis. Venit tẽpus serius omnino: q̃ dignũ. R. P. fuisset: tamen ita maturũ: ut differri iã hora nõ possit: Fuit aliquis casus fatalis: ut ita dicã: quẽ tulim9: quoquo modo ferendus fuit: Nunc si quis erit uolũtarius. P. R. seruire fas nõ est quẽ dii ĩmortales oĩbus ĩpare uoluerũt. Res ĩ extremũ est adducta discrimẽ. De libertate agitur. Aut uicatis oportet: q̃d p̃fecto & pietate ũra & tãta cõcordia consequemini: aut quiduis potius: q̃ seruiatĩs. Alię nationes seruitutem pati possũt. P. R. est proprię libertas.

Referebat consules, referebat Trib. ple. de minimis rebus sed fortasse suo tempore necessarijs. M. Tullius cum dubitaret pacis conditione conveniret senatus cum antonio. Conatur persuadere nullam fore equam pacem cum hoste perniosso: & iminere periculum reip. affirmat ni celerrime succurratur.

P

ARVIS DE REBVS: SED FORtasse necessariis consulimur .P.C. de Appia uia, & de moneta, Cōsul: de lupcis. TR. PL. referūt. Quarū rerū & si facilis explicatio uidetur: tñ animus aberrat a sentētia suspēsus curis maioribꝫ. Adducta est enī .P.C. res ī maximū piculū: & extremū pene discrimē. Nō sine causa legatorū istā missionē semp timui: nūq̄ pbaui: quorū reditus quid sit allaturus ignoro. Expectatio q̄dē quātū afferat langoris animis quis nō uidet? Nō enī se tenēt hi qui Senatum dolēt ad auctoritatis pristinę spē, reuiuiscere, cōiūctū huic ordini. P. R. cōspirātē Italiā: paratos exercitus: expeditos duces. Iā nūc fingunt Antonii respōsa: eadēq; defendūt. Alii postulare illū ut omnes exercitus dimittant. Scilicet legatos ad eū misimus: nō ut pareret: & dicto audiens esset huic ordini: Sed ut conditiones ferret: leges iponeret: reserare nos exteris gentibus: Italiā iuberet: se p̄serti incolumi: a quo maius periculū: q̄ ab illis nationibus extimescēdū est. Alii remittere eū nobis Galliā citeriorē: illā ultimā postulare pręclare: ex qua nō legiones solū: sed etiā nationes ad Vrbē conetur adducere. Alii nihil eū iā nisi modeste postulare: Macedoniā suā uocat oīno: quoniā. C. Frater est inde reuocatus. Sed quę puincia est ex qua illa fax excitare nō posset icēdiū? Itaq; idē quasi prouidi Ciues, & Senatores diligētes bellicū me cecinisse dicunt. Suscipiūt partis patrociniū, q sic disputant. Irritari Antoniū nō oportuit: nequā ē homo ille, atq; cōfidēs. Multi p̄terea iprobi quos q̄dem a se primū numerare possunt: q hoc loquunt: eos esse cauendos denunciant. Vtrū igitur

De uia appia in plerisque locis instauranda. Via appia dicta est ... adhuc retinet nomen. Domitianus cesar ... appellauit: appia uia coniungitur cum latina ... incipit a porta capena. De moneta ...

NARRATIO

CONFIRMATIO

Derisiue

i nefariis Ciuibus ulciscendis: cũ possis: an ꝑmme-
scendis: diligentior causa est: atq hęc illi loquunt[ur] q
quodã ꝑpter lenitatẽ populares habebãt. Ex quo i-
telligi potest: animo illos abhorruisse sẽper ab op-
timo ciuitatis statu: non uolũtate fuisse populares:
Qui eni euenit ut qui in rebus ĩprobis populares
fuerint: iidẽ i re una maxime populari/ q eadẽ salu-
taris .P.R. sit: ĩprobos se q populares esse malint.
Me qdẽ sẽp: ut scitis: aduersatũ m[u]ltitudinis teme-
ritati. Hęc fecit ꝓclarissima causa popularẽ: & qdem
dicunt: uel poti9 iidẽ ipsi dicũt Consulares: quo no-
mine nemo est dignus: nisi q tanti honoris nomẽ
põt sustinere: Faueš tu hosti: lras tibi ille mittat: de
sua spe rerũ secundarũ suarũ tu eas letus proferas:
recites: describendas etiã des ĩꝓbis Ciuibus: forum
augeas: animos: bonorũ spẽ/ uirtutẽq debilites: & te
Consularẽ/ aut Senatorẽ/ aut deniq Ciuẽ putes? Ac-
cipiet i optimã ptẽ .C. Pansa fortissimus Cõsul/ atq
optimus. Eteni dicã aio amicissimo/ hũc ipm hoĩẽ
mihi familiarissimũ: nisi talis Consul esset ut omnes
uigilias/ curas/ cogitationes in .R.P. salute cõfigeret:
Consulẽ nõ putarẽ: quãq nos ab ineunte ętate illi9
usus/ consuetudo/ studiorũ etiã honestissimorũ socie-
tas/ similitudo cõiungat: eius deniq curã icredibilẽ
i asperrimis belli Ciuilis piculis ꝓspexi nõ modo sa-
lutis: sed etiã dignitatis meę: tñ eundem: ut dixi: nisi
talis Consul esset negare esse Consulẽ auderet. Idem
nõ modo Consulẽ esse dico/ sed etiã memoria mea
ꝓstantissimũ/ atq optimũ Consulẽ: nõ qa non pari
uirtute/ & uoluntate alii fuerint: Sed tantã causã nõ
habuerũt: i qua & uirtutẽ/ & uolũtatẽ suã declararet.
Hui9 magnitudini animi grauitati: sapiẽtię tẽpestas
est oblata formidolissimi tẽporis. Tũ aũt illustratur
Consulatus: cum gubernat .R.P. si non optabili: at

necessario tempore: magis aũt necessariũ. P. C. nllũ tẽpus unq̃ fuit. Itaq; ego ille q sẽp auctor pacis fui: cuiq; pax preferri ciuilis: quãq̃ omnibus bonis: mihi tñ iprimis fuit optabilis. Omne enĩ curriculum in/dustriẽ nrẽ: in foro, in curia: in amicorũ piculis pro/pulsandis elaboratũ est: Hic honores amplissimos: hinc mediocres opes: hinc dignitatẽ: siquã habemus: consecuti sumus. Ego itaq; pacis: ut ita dicã alũnus: qui quãtuscunq; sum (nihil enĩ mihi arrogo) sñ pace Ciuili certe nõ fuissẽ: periculose dico: queadmodum accepturi. P. C. sitis, horreo: Sed pro mea perpetua cupiditate urẽ dignitatis retinẽdẽ, & augẽdẽ queso: oroq; uos. P. C. ut primo si erit uel acerbũ auditu [illegible] incredibile a. M. Cicerone esse dictũ: accipiatis sine offensione quod dixero: ne ue id priusq̃ quale [illegible] explicauero, repudietis: Ego ille dicã sepius: pacis sẽper laudator, sẽp auctor: pacẽ cũ. M. Antonio esse nolo: Magna spe ingredior in reliquã orõnẽ. P. C. quoniã piculosissimũ locũ silentio sũ preteruectus: Cur igit̃ pacẽ nolo? quia turpis est: quia piculosa, q[illegible] esse non põt: Quẽ tria dũ explico: peto a uobis. P. C. ut eadẽ benignitate: qua soletis: uerba mea audiatis. Quid est in constantia, mobilitate, leuitate, cum singulis hominibꝫ: tũ uero uniuerso Senatui turpius? Quid porro incõstantius: q̃ quẽ modo hostem nõ uerbo, sed re multis decretis iudicauistis? cũ hoc pace uelle subito coniungi? Quasi uero cum. C. Cesari meritos qdem illi honores, & debitos. Sed tñ imortales, & singulares decreuistis: unã ob causam q; cõtra. M. Antoniũ exercitũ cõparauisset) nõ hostẽ Antonium iudicaueritis: nec tum hostis est a uobis iudicatus Antonius: Cũ laudati auctoritate ura ueterani mi/lites: qui Cesarẽ secuti essent: nec tum hostẽ Antoniũ iudicauistis: cum fortissimis legionibus: q; illum q

Marginalia (manuscript):

de pace quã Cic. tractauit inter cesarem et popeiũ loquit

i curia i demostratione i. i defẽdẽdo

i. tranqllitate urbis

Hoc tatũ est uelut exordiũ interiectiuum i facit auditores attẽtos et uocat trãsgressiones

periculosissimũ ut aliquis loqretur cõtra paces

pa cã incõstãtie

2a cã

3a cã

Consul appellabatur: cum esset hostis reliquissetis uacationes, pecunias, agros spopondistis. Quid (cum Brutum hominem quodã illius generis, & nominis natum ad .R.P. liberandam, exercitumque eius pro libertate .P.R. bellum gerentem cũ Antonio: prouinciamque fidelissimam, atque optimam Galliam laudibus amplissimis affecistis) tum non hostem iudicastis Antoniũ. Quid: cum decreuistis ut Cõsul alter: ambo ue ad bellũ proficiscerent: quod erat bellum si hostis Antonius non erat? Quo igitur profectus est uir fortissimus meus Collega, & familiaris .A. Hircius Consul: aut quã imbecillitate, quã macie: Sed animi uires, corporis infirmitas non retardauit. Equum credo putauit uitam: quam .P.R. uotis retinuisset pro libertate .P.R. in discrimen adducere. Quid (cum delectus haberi tota Italia iussistis. Cum uacationes omnes substulistis) tum ille hostis non est iudicatus: Armorũ officinas in Vrbe uidetis: Milites cum gladiis sequuntur Cos: presidio sunt: spem Consuli re, & ueritate nobis omnes sine ulla recusatione summo etiam cum studio nomina dant: parent auctoritati uestrę, non est iudicatus Antonius hostis? At legatos misimus: heu me miserũ: cur Senatum cogor quem laudaui semper reprehendere. Quid uos censetis .P.C. legatorũ missionem .P.R. probauisse? Non intelligitis: non auditis meam sententiam flagitari: qui cum pridie frequentes essetis assensi: postridie ad spem estis inanem pacis deuoluti. Quam turpe est porro legiones ad Senatum, legatos mittere Senatum ad Antonium: quanquam illa legatio non est: denunctiatio est. paratum illi exitum, nisi paruerit huic ordini: quid

refert: tamen opinio est grauior: missos enim legatos omnes uident: decreti uestri non omnes uerba nouerunt. Retinenda est igitur uobis constantia, grauitas, perseuerantia: repetenda est uetus illa seueritas. Siquidem auctoritas Senatus decus, honestatem, laudem, dignitatem desiderat: quibus hic ordo nimium caruit diu: sed erat tunc excusatio oppressis. Misera illa quidem: sed tamen iusta: nunc nulla est: Liberati tum regio dominatu uidebamur: armis domesticis ea ipsa depulimus: nunc quidem ui extorquenda sunt. Quod si non possumus facere: dicam quod dignum est Senatore, & Romano homine. moriamur: Quanta illa erit. R.P. turpitudo, quantum dedecus, quanta labes: dicere in hoc ordine sententiam. M. Antonium Consulari loco: Cuius: ut omittam innumerabilia scelera Vrbani Consulatus: in quo pecuniam publicam maximã dissipauit: exules sine lege restituit: uectigalia uendidit: prouincias de. R.P. imperio substulit: regna addixit pecunia: leges Ciuitati per uim imposuit: armis obsedit, aut exclusit Senatum. Vt hęc inquã omittam: ne hoc quidem cogitetis: eum qui Mutinam Coloniam. P.R. & Consulem designatum obsederit: depopulatus agros sit. Hunc in eum ordinem recipi: a quo totiens ob has ipsas causas hostis iudicatus sit. Quam foedum, flagitiosumque sit uidetis: Satis multa de turpitudine. Dicam deinceps quod proposui de periculo: quod si minus est fugiendum, quam turpitudo: tamen offendit animos maioris partis hominum magis. Poteritis igitur exploratã habere pacẽ, cũ in ciuitate Antoniũ uideatis: uel potius Antonios: nisi forte contemnitis

Lucium. ego ne Caium quidem. sed ut uideo dn̄abit' Lucius. est enim patronus. xxxv. tribuum: quarū̄ sua lege qua cum. C. Cęsare magistratū sortitus est: suffragium sustulit. patronus Centuriarū equitū: quas idem sine suffragio esse uoluit. patronus fori: qui tribuni militares fuerunt. patronus iani medii. O dii quis huius potētiam poterit sustinere? p̄sertim cum eosdem magistros etiam deduxerit: quis unquā omnes tribus? quis equites. r.? quis. tr. militares? Gracchorum potentiam m ai orem fuisse arbitramini: q̄ huius gladiatoris futura sit? quem gladiatorem non ita appellaui: ut interdū etiam. M. Antonius gladiator appellari solet: Sed ut appellant hi: qui plane & latine loquuntur. mirmillo: in asia depugnauit cum ornasset thaeciditis comitem & familiarē suū illum miserum fugientem iugulauit. Luculentā tamen ipse plagam accepit: ut declarat cicatrix: qui familiarem iugularat: quid hic occasione data faciet inimico? & qui illud animi causa fecerit quid facturum putatis: Non rursus improbos decuriabit? Nō sollicitabit rursus agrarios? Nō queret expulsos? M uero Antonius nō is erit ad quem omni motu cōcursus fiat ciuium pditorum: ut nemo sit alius nisi ii qui una sunt: & ii qui hic ei nunc apte fauent parum ne erunt multi: presertim cum bonorū p̄sidia cesserint. illi parati sint ad nutum futuri: Ego uero metuo si hoc tp̄e cōsilio lapsi erimus: ne illi breui tp̄e nimis multi nobis esse uideātur. Nec ego pacem uolo. sed pacis nomine bellum inuolutum reformido. Quare si pace frui uolumus bellum gerendum est: Si bellum ommittemus pace nunquam fruemur. Est autem nostri consilii. P. C. imposterum q̄ longissime

prouidere. Idcirco in hac custodia, tanquã in specula collocati sumus: ut uacuum metum .p. r. nostra uigilia, & prouidentia redderemus. turpe est sũmo cõsilio orbis terrę: pśertim in res tam perspicuas consilium intelligendi defuisse. Eos cõsules habemus: eam p. r. alacritatem, eum consensum italię, eos duces: eos exercitus: ut nullam calamitatem. r. p. accipere possit sine culpa senatus. Equidem non deero: monebo: prędicabo: denunctiabo: & testabor semper deos hominesq́ʒ quid sentiam. nec solũ fidem meã (quod fortasse uidetur satis esse) sed in principe ciue non satis est: curam: consiliũ: uigilantiãq́ʒ prestabo. Dixi de periculo. Docebo ne coagmentari quidem posse pacem. de tribus enim quę proposui, hoꝝ extremũ est. Quę potest esse pax. M. Antonio primũ cum senatu? quo ore ille uos poterit: quibus illũ uicissim uos oculis intueri? quis uestrum illum: quem ille uestrum non oderit? Age uos ille solum: & uos illum: quid ii qui mutinam circum sedẽt? qui in gallia delectus habẽt? qui in nostras fortunas imminẽt, amici nobis unquam erunt? aut uos illis? an equites. r. amplectetur? Occulta enim fuit eorum uolũtas: iudiciumq́ʒ de. M. Antonio? qui frequẽtissimi in gradibus concordię steterunt: qui uos ad libertatem recuperandã incitauerũt: arma, signa, bellum, flagitauerunt: me una cum. p. r. in contionem uocauerunt: hi Antonium diligent? Cum his pacẽ seruabit Antonius? Nam quid ego de uniuerso. p. r. dicam: qui pleno: ac referto foro bis me una mente: atq́ʒ uoce in contionem uocauit? declarauitq́ʒ maximam recuperandę libertatis cupiditatem? Itaq́ʒ quod erat optabile antea ut p. r. comitẽ haberemus: nũc habem9

ducem. Quę est igitur spes: qui mutinam circūsedēt impatorem. p. r. exercitumq; oppugnātes. Pacem cū p. r. habere possit? An cū municipiis pax erit? quoꝝ tanta studia agnoscuntur in decretis faciendis/ militibus dandis: pecuniis pollicēdis: ut in sigulis oppidis. curiā. p. r. nō desideretis. Laudādi sunt ex huius ordinis sententia firmani: qui principes pecunię pollicendę fuerunt/ respondendū honorifice est. Marrucinis: qui ignonimia notandos censuerūt eos: qui militiam subterfugissēt. Hęc iam tota italia fiunt Magna pax Antonio cum eisdem? his cum illo? quę potest maior esse discordia? In discordia autem pax ciuilis esse ullo modo potest? Vt omittam multitudinē. L. Nisidio equiti. r. homini impmis ornatoq; honesto: cuiq; semp egregio: cuius ego excubias: & custodias mei capitis cognoui in consulatu meo: qui uicinos suos non cohortatus est solū/ ut milites fierēt: sed etiā facultatibus suis subleuauit: huic inquam tali uiro: quem nos senatus consulto collaudaremus poterit ne esse pacatus Antonius? Quid Cęsari qui illū urbe: quid. D. Bruto: qui gallia prohibuit? Iam uero ipse placabit/ & leniet prouincię gallię a qua. exclusus/ & repudiatus est? omnia uidebitis P. C. nisi ꝓspicitis plena odioꝝ: plena discordiaꝝ ex quibus oriuntur bella ciuilia. Nolite igitur uelle quod fieri non potest. & cauete p deos īmortales P. C. ne spe pñtis pacis. perpetuā pacē ammittatis. Quorsum hęc omnis spectat oratio? quid enim legati egerint/ nō dum scimus: at uero erecti: citati: parati: armati animis iam esse debemus: ne blanda: aut supplici oratione: aut ęquitatis simulatione fallamur: Omnia fecerit oportet. quę interdicta: & denuntiata

sunt: priusq̃ aliquid postulet: Brutum: exercitumq; eius oppugnare: urbes, & agros prouincię gallię populari destiterit: Ad brutum adeundi legatis potestatem fecerit: exercitũ citra flumen rubiconẽ eduxerit: nec proprius urbem miliũ passuũ ducẽta admouerit: fuerit in senatus .p. q; . R. potestate. hęc si fecerit erit integra potestas nobis deliberãdi. Si senatui nõ paruerit nõ illi Senatus: Sed ille. p. ro. bellũ induxerit. Sed uos moneo .p. c. libertas agitur .p.r. quę ẽ cõmẽdata uobis uita, & fortũa optimi cuiusq;: quo cupiditatẽ infinitam, cum immani crudelitate iam pridem intendit Antonius: Auctoritas uestra: quam nullam habebitis: nisi nũc retinueritis: tetram & pestiferam belluam ne inclusam, & constrictam dimittatis. Cauete. Te ipm moneo pansa: quãquam non eges consilio, quo uales plurimũ: tamẽ & summi gubernatores in magnis tempestatibus a uectoribus admoneri solent. hũc tuum tantũ apparatum, tanq; p̃clarũ, ne ad nihilũ recidere patiare. Tempus habes tale: quale nemo habuit unq̃. Hac grauitate senatus: hoc studio equestris ordinis, hoc ardore. p. r. potes in perpetuũ metu: & p̃iculo. rem .p. liberare

ONFVSIVS HESTERNO DIE est acta res .C. Pansa, quã postulabat institutum consulatus tui. Parũ mihi uisus es eos, quibus cedere non soles substinere. Nam cũ senatus ea uirtus fuisset: quę solet, & cum reuiderent omnes esse bellũ: quidã q; id uerbũ remouẽdũ arbitrarẽtur, tua uolũtas in dis[illegible]one fuit ad lenitatẽ propensior. Victa

igitur est ꝓpter asperitatē te auctore | nostra sententia
Vicit. L. Cę. amplissimi uiri: qui uerbi atrocitate
dēp taj oratione fuit quam sentētia lenior: Quanquā
is quidem ante sententiā diceret ꝓpinquitatē excu/
sauit. idem fecerat me consule | in sororis uiro | quod
hoc tpe in sororis filio: ut & luctu sororis moueret &
saluti. R. P. prouideret. Atq͛ ipse tamen Cęsar pręcepit
uobis quodāmodo. P. C. ne sibi assentiremini:
Cum ita dixit aliam sentētiā se dictuꝝ fuisse: Eamq͛
se ac. R. P. dignam: nisi propinquitate impediret:
Ergo ille auunculus. num etiam uos auunculi qui
illi assensi estis! At in quo fuit cōtrouersia: belli no/
men in sententia ponendū quidam non putabant |
tumultū appellare malebant | ignari non mō rerum:
sed etiam uerboꝝ. Potest enim esse bellum | sine tu/
multu. Tumultus esse sine bello nō pōt. Quid ē eni
tumultus | nisi ꝑturbatio tanta ut maior timor oriat̄
Vnde etiā nomē ductū est tumultus. Itaq͛ maiores
nostri tumultu italicum | quod erat domesticus | tu/
multū gallicū quod erat italię finitimus. Pręterea
nullū tumultū nominabāt: grauius autē esse tumul/
tum: quam bellum hinc intelligi potest! quod bello
gallico: uacationes ualent | tumultu non ualent. Ita
fit quēadmodum dixi ut bellū sine tumultu possit:
Tumultus sine bello esse non possit. Etenim cum
inter bellū: & pacē mediū nihil sit: necesse est tumul/
tum | si belli nō sit: pacis esse: quo quid absurdius dici
aut ęstimari potest! Sed nimis multa de uerbo: rem
potius uideamus. P. C. quam quid intelligo uerbo
fieri interdum deteriorē solere. nolumus hoc bellū
uideri! Quam igitur municipiis: & coloniis ad ex/
cludēdum Antonium auctoritatē damus! quam ut

milites fiant sine ui: sine tumultu: studio & uolūtate
quam ut pecunias in .r.p. polliceantur: si enim belli
nomine tollitur: municipiorum studia tollūtur. cōsēsus
p.r. qui iam descēdit in causam: si nos languescimus
debilitetur necesse est. Sed quid plura? Dum Brutus
oppugnatur: non est bellum? Mutina obsidetur: nec
hoc quidem bellum est? gallia uastatur. quę potest
pax esse certior? illud uero quis potest bellum nō esse
dicere: quo fortissimū uirum cum exercitu misimus:
qui cum esset infirmus ex graui diuturnoque morbo
nullam putauit sibi excusationem esse oportere: cum
ad .r.p. pręsidium uocaretur. C. quidē Cęsar non
expectauit nostra decreta: presertim cum esset illius
ętatis bellum contra Antonium sua sponte suscepit.
decernendi enim tempus non dum nouerat: belli
autem gerendi tempus si pretermisisset uidebat .re.
p. oppressa nihil decerni posse. Ergo illi nūc & eorum
exercitus in pace uersantur? nō est hostis is: cuius pre/
sidium Claterna deiecit hyrcius? non est hostis qui
armatus consulē designatum oppugnat? nec illa ho/
stilia uerba: nec bellica quę paulo ante ex collegę lris
Pansa recitauit? deieci pręsidium. Claterna potitus sum
fugati equites pręliū cōmissum: occisi aliquot. quę
pax potest esse maior? delectus tota italia decretus sub/
latis uacationibus: saga cras summetur: consul se cū
pręsidio descensurum dixit: utrum hoc bellum non
est? An etiam tantum bellū quantū nunquam fuit? Cę/
teris enim bellis: maximeque ciuilibus cōtentionem .r
p. causa faciebant. Sylla cū Sulpitio de iure legum:
quas per uim latas Sylla dicebat. Cinna cū octauio
de nouorum ciuium suffragiis: rursus cum Mario
& carbōe sylla ne domiārentur indigni: & clarissimorum.

Claterna oppidū est inter bononiā & mutinā quod occupauerat ant. & p[re]sidiū posuerat hirtius

nouorum ciuiū de legibus quibus noui ciues possint ferre suffragia de legibus

hominū crudelissimam meditarentur necem: Horū
omnium bellorū causę ex r. p. cōtentione natę sunt:
de ꝓximo bello ciuili non libet dicere . ignoro cau/
sam: detestor exitum . hoc bellū quintū ciuile geritur
atq̧ omnia in nostram ętatem inciderunt . Primū
nō modo in dissentione | & discordia ciuium: sed in/
maxima cōsensiōe: incredibiliq̧ cōcordia omnes idē
uolunt: idem defendūt: idem sentiunt: Cum omnes
dico: eos excipio | quos nemo ciuitate dignos putat:
Quę est igit̃ in medio belli causa posita: Nos deoꝝ
īmortaliū templa: nos muros: nos domicilia | sedesq̧
p. r. penates | aras | focos | sepulchra maiorū: Nos leges
iura: libertatē: coniuges: liberos: patriā defendimus:
Contra . M . Antonius id molitur: id pugnat ut hęc
omnia perturbet | euertat: ꝑdam . r. p. causam belli
putet: fortunas nostras partim dissipat: partim dis/
pertiat particidis . In hac tā dispari ratiōe belli: illud
miserrimum est . quod ille latronibus suis pollicetur
primum domos: Vrbem enī se diuisurum cōfirmat:
deinde omnibus portis quo uelint deductuꝝ | oēs
Caphones: oīs saxe | Cętereq̧ pestes quę sequnt̃ An/
toniū: ędes sibi optimas | hortos: tusculana | albana
definiunt: atq̧ etiam homines agrestes: si homines
sunt illi | potius quam pecudes . Inani spe ad aquas
usq̧ puteolanas prouehuntur . Ergo habet Antoni9
quod suis polliceatur: Quid nos: nunquid tale ha/
bemus: dii meliora . id enim ipm agimus . ne quis
post hac eiusmodi quicquam possit polliceri . Inuitus
dico: sed dicendum est . hasta . Cę . P . C . multis im/
probis & spem affert | & audaciam | uiderūt enim ex/
modicis fieri repente diuites: Itaq̧ hastam semp cu/
piunt uidere hi | qui nostris bonis imminēt: quibus

omnia pollicetur Antonius. Quid nos nostris ex/
ercitib9? quid pollicemur? multo maiora/ atq3 melio/
ra. scelerum enim promissio: & his qui expectãt pni/
tiosa est: & his ꝑmittũt: Nos libertatẽ nostris militib9
iura/ leges/ iudicia/ imperium orbis terrę/ dignitatẽm
pacem/ ocium/ pollicemur. Antonii igitur promissa
cruenta: tetra: scelerata diis/ hominibus q3 inuisa/ nec
diuturna: ne salutaria: Nostra cõtra honesta/ integra
gloriosa/ plena letitię: plena pietatis. Hic mihi etiã
Q. Fusius uir fortis: ac strenuus amicus meus pa/
cis cõmoda cõmemorat: quasi uero si laudanda pax
esset: ego idem facere cõmode nõ possem? semel enĩ
pacem defendi. non semper otio studui? quod cum
omnib9 bonis utile est: tum ꝑcipue mihi. Quẽ enĩ
cursum industria mea tenere potuisset: sine forensib9
causis: sine legibus: sine Iudiciis? quę esse nõ possunt
ciuili pace sublata. Sed quęso Calene quid tu serui/
tutem/ pacem uocas? maiores quidem nostri nõ mõ
ut liberi essẽt: sed etiam imparent: arma capiebãt: at
tu arma abiciẽda censes: ut seruiamus. Quę Causa
iustior est belli gerendi: q̃ seruitutis depulsio: in qua
& si non sit molestus dominus/ tamẽ est miserrimũ
posse: si uelit. Immo alia causa iusta ac necessaria ẽ: nisi
forte a te hoc non putas pertinere: quod te sotiũ fore
speras domĩatiõis Antonii: in quo bis falleris. pri/
mum q3 tuas ratiões cõmunibus anteponis: deinde
quod quicquam stabile in regno: aut Iocundũ putas:
nõ si tibi antea profuit/ semper proderit? Quin etiã
de illo homĩe queri solebas: quid te factuꝝ de bellua
putas? at qui es qui semꝑ pacẽ optaris: semp omnes
ciues saluos uolueris: honesta ratio: sed ita si bonos/ &
utiles & r. p. ciues, sin eos qui natura Ciues sunt

uolũtate hostes|saluos uelis Quid tandẽ interest ĩter te:& illos?Quid pr̃ tuus quo utebar sene adulescẽs? homo seuerus|& prudens|non primũ omniũ ciuiũ P.Nasicam qui Tiberiũ Gracchum interfecit dicere solebat?Eius uirtute|consilio:magnitudine animi liberatam .r.p.arbitrabatur:Quid nos a patribus nũ aliter accepimus?Ergo is tibi ciuis si tẽporibus illis fuisses non probaretur:quia non omnes saluos esse uoluisset?Quod .L.Opimius Consul uerba fecit de r.p.de ea re ita censuerũt|uti Opimius Consul .r.p.defenderet. Senatus hec uerbis:Opimius armis: Num igitur eum si tum esses|temerarium ciuem:aut crudelẽ putares?Aut.Q.Metellum:Cuius quattuor filii cõsulares.P.Lentulum principẽ senatorẽ: Quid cõplures alios summos uiros|qui cum.L. Opimio Consule armati Gracchum ĩ auentinum psecuti sunt?quo in prelio Lẽtulus graue uulnus accepit,interfectus est Gracchus,&.M.Fuluius cõsulares.Eiusq duo adulescentuli filii.Illi igit' uiri uitupandi?non enim ciues omnes saluos esse uoluerũt: Ad ꝑpiora ueniamus.C.Mario.L.Valerio Cõsulibꝫ senatus.r.p.defẽdendã dedit.L.Saturninus tr.pl.Glaucia est interfectus.omes illo die Scauri: Metelli:Claudii:Catuli:Sceuole:Crassi arma sũpserũt nũ autẽ cõsules illos:aut clarissimos uiros uitupandos putas?Ego Catilinam perire uolui.nũ tu q omnes saluos uis|Catilinam saluũ esse uoluisti?hoc interest Calene inter meam sententiam:& tuam.Ego nolo quenquam committere ut morte mulctandus sit:tu etiã si cõmiserit|cõseruandũ putas?In corpore si quid eiusmõi est quod reliquo corpori noceat|uri ac secari quod noceat|patimur:ut mẽbrorꝫ aliquod

potius q̃ totum corpus intereat: Sic in . r . p . corpore, ut totum saluũ sit, quicquid est pestiferũ amputetur: dura uox: multo illa durior. salui sint improbi, scelerati, impii . deleantur innocentes: hõesti, boni: tota . r p . imo in homine . Q . Fusi fateor te uidisse plusquam me . Ego . P . Clodium arbitrabar pniciosum ciuem, sceleratũ, libidinosum, impium, audacem, facinorosum . Tu contra sanctum, temperatum innocentem: modestum retinendum ciuem, & optandũ In hoc uno te plurimum uidisse, multum me errasse concedo . Nam me tecum iracunde agere dixisti solere, non est ita, Vehementer me agere fateor: iracũde nego . ommino irasci amicis non temere soleo : ne si merentur quidem . Itaq; sine uerboꝝ contumelia te dissentire possum! sine animi summo dolore non possum . parua est enim mihi tecum haud parua de re dissensio . Ego huic: uel illi uidelicet faueo . Tu illi immo uero ego . D . Bruto faueo: tu Marco Antonio . Ego conseruare coloniam percupio . tu expugnare studes. an hoc negare potes, qui oĩs moras interponis : quibus infirmetur Brutus, Melior fiat Antonius: quousq; enĩ pacẽ dicis uelle te . Res geritur conductę uineę sunt . pugnatur acerrime . . . currerent: misimus tres principes ciuitatis . . . tempsit, reiecit, repudiauit, Antonius: tu tamẽ permanes constantissimus defensor Antonii . Et quidem quo melior senator uideatur: negat se illi amicũ esse debere : cũ suo magno beneficio causę uenisse eum cõtrase Vide quanta Karitas sit patrię, cũ homini sit iratus tamen . r . p . causa defendit Antonium . Ego te cũ in Massiliẽses tã sis acerbus Fusi nõ animo equo audio : quousq; enĩ Massiliã expugnabis : ne triũphus

quidem finem fecit belli: p quem sublata est urbs ea sine qua nunq̃ ex transalpinis gentibus maiores nostri triumpharũt. Quo quidẽ tẽpore. p. r. ingemuit: quanquam proprios dolores suarum rerum omnes habebant: tamen huius ciuitatis fidelissime miserias nemo erat ciuis qui a se alienas arbitraret. Cesar ipse qui illis fuerat iratissimus tamẽ pter singularẽ eius ciuitatis grauitatẽ & fidem quotidie aliquid iracũdie remittebat: Te nulla calamitate Ciuitas sua satiare tã fidelis potest. Rursus iã me irasci fortasse dicis. Ego autem sine iracundia dico: ut omnia: nec tamen sine dolore. Neminen illi ciuitati inimicum esse arbitror qui amicus sit huic ciuitati. Excogitare que tua ratio sit Calene nõ possum. antea deterrere te ne popularis esses non poteramus: ut nunc sis popularis exorare non possumus. Satis multa cum Fusio ac sine odio omnia: nihil sine dolore. Credo autẽ qui generi querelam moderate ferat equo animo laturum amici. Venio nunc ad reliquos Consulares quorũ est nemo (iure meo hoc dico) qui non mecum habeat aliquã coniunctionẽ gratie: alii maximam alii mediocrem nemo nullã: quã hesternus dies nobis Consularibus dico) turpis illuxit. Iterum legatos. quid ille faceret inducias an. Cõs. oculosq legatorũ tormẽtis Mutinã uerberauit: opus ostendebat munitionẽq legatis ne punctum quidem temporis cum legati adessent oppugnatio respirauit. Ad hunc legatos: cur? an ut eorum reditu uehementius ptimescatis? Equidem cũm antea legatos decerni nõ censuissem: hoc me tamen consolabar: quod cum illi ab Antonio cõtẽpti & relicti reuertissent dixissentq Senatui non mõ illũ de Gallia nõ discessisse ut censuim9: sed ne a Mutia

quidem recessisse: potestatē sibi. D. Bruti cōueniēdi
nō fuisse: fore ut omnes inflāmati odio, excitati do-
lore Armis, equis, uiribus D. Bruto subuenirem9
Nos etiā languidiores facti sumus. Postq̄ Antonii
non solum audaciam, & scelus: sed etiam insolentiā
superbiamq; pspeximus. Vtinam. L. Cęsar ualeret
Seruius Sulpitius uiueret: multo tamen melius hęc
agerentur, a tribus: quā nunc aguntur ab omnibus:
Dolenter hoc dicam: potius quam cōtumeliose de-
serti: deserti inq̄ sumus. P. C. a principibus: sicut iā
sępe dixi omnes in tanto periculo. qui recte & for-
titer sentient erūt Consulares. Animū nobis afferre
legati debuerūt: timorem attulerūt: quāquam mihi
quidem nullum unq̄ timorem: quāuis de illo ad quē
missi sunt, bene existimēt: a quo etiam mandata ac-
ceperunt. Pro dii īmortales ubi est ille mos: uirtusq;
maiorum. C. Pompilius apud maiores nostros cū
ad Anthiocū Regem legatos missus esset, & uerbis
senatus nūciasset: ut ab Alexandria discederet, quam
obsidebat: cum tempus ille differret: uirgulas tandē
circūscripsit: dixitq; se non antea renūciaturū senatui:
nisi prius sibi respondisset: quid facturus esset. cūa
ex illa circūscriptione excederet. Pręclare: enim se-
natus faciem secum attulerat, auctoritatēq; P. R. Cu
uis qui nō paret nō ab eo mandata accipiēda sunt:
Sed ipse est totus repudiandus. An ego ab eo man-
data accipere qui senatus mandata contēneret: aut
ei cum senatu quicq̄ cōmune iudicarē, qui imperatorē
p. r. senatu prohibente obsideret: At quę mandata:
qua arrogantia: quo stupore: quo spiritu: Cur autem
ea legatus nostris dabat. Cum ad nos Cotulā mit-
teret: Ornamētum, atq; arcē amicorū suorum hominē

edilitium. Si uere tum fuit Edilis Cum eum iussu
Antonii in cõuiuio serui publice loris ceciderũt. At-
quã modesta mãdata fert: hi sumus. P. C. quicquã
huic negemus. Vtranq; puinciam inquit remitto, ex-
ercitum depono. Priuatus esse nõ recuso. Hęc sunt
enim uerba: redire ad se uidet. omnia obliuiscor: in
gratiam redeo. Sed quid adiungit: si legionibus meis
& si equitibus: & si cohorti pretorię prędam agrũq;
dederitis. His etiam prę mia postulat, quibus ut ig-
noscatur si postulet, impudẽtissimus uideat. Addit
pręterea, quos ipe cũ Dolobella dederit agros, teneãt
hi quibus dati sunt: Hic ẽ Campan9 ager, & Leonti-
nus: quę duo maiores nostri annonę pfugia ducebãt:
Cauet mimis, aleatoribus, lẽonibus, Cafoni, etiam &
saxe cauet. quos Centuriones pugnaces. & lacertosos
inter mimorum & mimarum greges collocauit: Po-
stulat pręterea ut Chirographorum & cõmẽtarioꝝ
sua, Collegęq; sui decreta mãeãt: quid laborat: ut ha-
beat quod quisq; mercatus est. si quid accepit habeat
quid uendidit: & ne tangantur rationes ad opis: id est
ne sextertium septies milies recuperetur: ne fraudi sit
septẽuiris quod egisset: nucula hoc credo amonuit:
Verebatur fortasse ne ãmitteret tantas clientelas. Ca-
ueri etiam uult is qui secũ sunt, quicquid cõtra legẽ
commiserunt. mustelę & Tironi prospicit. de se nihil
laborat. Quid enĩ cõmisit unquã: nũ aut pecuniã
publicã attigit: aut hominem occidit: aut secũ habuit
armatos: Sed quid est: quod de his laboret: Postulat
enim ne sua iudiciaria Lex abrogetur: quo impetrato
quid est quod metuat: an ne suorũ aliquis accidat: si sia
decurio condemnetur: Neq; tamen nos urget man-
datis pluribus: remittit aliquãtum: & relaxat. Galliã

inquit remitto: comatam postulo. ociosus uidelicet esse malo: cum sex legionibus inquit usq; suppletis ex. D. Bruti exercitu: non modo ex delectu suo: tādiuq; ut obtineat: q̄ diu. D. Brutus. C. Cassius Cōsules proue Consules ꝓuincias obtinebūt: uel ꝓcōsul huius Comitus. C. frater eius: est enim annus ut repulsam tulit. ipse autem ut quinquenniū inquit obtineant: At istud uetat lex Cęsaris: & tua. Hęc tu mandata. L. Piso: & tu. L. Philippe principes Ciuitatis: non dico: quo animo ferre: uerū auribus accipere potuistis! Sed ut suspicor terror erat quidem: nec uos ut legati apud illum fuistis: nec ut Cōsulares: nec uos uestram nec. r. p. dignitatē tenere potuistis: & tamē nescio quo pacto sapientia quadā credo q̄ ego nō possū non nō nimis irati reuertistis. uobis q̄ M. Antonius nil tribuit. Clarissimis uiris legatis p. r. Nos qd nō legato Antonii Cotulę cōcessimus: cui portas huius Vrbis patere ius non fuit: huic templum patuit: Huic aditus in Senatum fuit: huic externo sententias nostras i codicillos & omnia uerba referebat. huic etiā se summis honoribus hi cōtra dignitatem suam uendicabāt. Odii imortales quam magnū est: personam in. r. p. tueri principis: quę nō animis solū debet: sed oculis seruire ciuiū. domum recipere legatum hostium: in cubiculum admittere et reducere: hominis est nihil de dignitate: nimium de periculo cogitantis. Quod autem est periculum! Nam si maximū in discrimen uenietur: aut libertas parta est uictori: aut mors exposita uicto. quorum alterum optabile est: alterum effugere: nemo potest: turpis autē fuga mortis: omni est morte peior. Nam illud quidem non adducor ut credam: esse quosdam

qui inuideant alicuius constantię, qui laboribus; qui eius perpetuam in. R. P. adiuuanda uolūtatem & a senatu. & a. R. P. probari moleste ferant. Omnes quidem id facere debebamus, ea que erat nō modo apud maiores nostros: sed etiam nuper summa laus consularium, uigilare, cogitare: adesse animo: semper aliquid pro. R. P. aut facere: aut dicere: Ego. Q. Scęuolam augurem memoria teneo bello Marsico: cū esset summa senectute, & perdita ualitudīe quotidie simul atqꝫ luceret: facere omnibus conueniendi sui potestatē; neqꝫ eum quisq̄ illo bello uidit in lecto: senexqꝫ, & debilis primus ueniebat in Curiam. hui9 industriam maxime equidem uellem, ut imitarent̄ ii: quos oportebat. Secūdo autem loco ne alterius labori inuiderēt: Et enim. P. C. Cum in spem libertatis sexēnio simus ingressi, diutiusqꝫ seruitutē ꝑpessi q̄ captiui frugi, & diligentes solent) quas uigilias: quas sollicitudines: quos labores liberandę. r. p. causa recusare debemus? Equidem. P. C. quanquam hoc honore usi togati esse solent, cum est in sagis ciuitas statui tamē a uobis: cęterisqꝫ ciuibus in tanta atrocitate temporis: tantaqꝫ perturbatione. P. R. non differre uestitu. Non enī ita gerimus nos hoc bello Consulares ut ęquo animo. P. R. uisurus sit nostri honoris insignia: Cū partim e nobis ita timidi sint ut omnē ii. P. R. beneficiorum memoriam abiicierūt partim ita a. R. P. auersi ut huic hosti se fauere ꝑ se ferāt Legatos nostros ab Antōio despectos esse & irrisos facile patiantur. Legatū Antonii subleuatū uelint. Huic enim reditum ad Antoniū prohiberi negabant oportere. & in eodem excipiendo sententiam meā corrigebāt. quibus gera morem? Redeat

ad Imperatoré suum Varius: sed ea lege ne unq̃ Romã reuertatur. Cęteris autẽ: si errorẽ suũ deposuerint: & in. R. P. gratiã redierint: ueniã: & impunitatẽ dan/dam puto. Quas ob res ita censeo Eorũ qui cũ. M. Antõio sũt q ab armis discesserunt: & aut ad Pansam: aut ad Hyrcium Cos. aut ad Decium Brutũ Impa/torem. Con. designatum: Aut ad. C. Cęsarem pro P. R. ante idus martias adierũt: eis fraudi ne sit quod cum. M. Antonio fuerunt. Si quis eorum qui cum. M. Antonio sunt fecerit: Quod honore: prẽmio ue quis dignus esse uideatur: uti. C. Pansa: Hyrcius consul: alter: amboue si eis uideatur de eius honore: prẽmio ue: primo quoq; die ad senatũ referat: Si quis post hęc ad Antoniũ profectus fuerit prẽter L. Variũ senatũ existimaturũ eum contra. R. P. fecisse

ELLEM DII IMMORTA/les fecissent. P. C. ut uiuo potius. Ser. Sulpitio gratias ageremus: q̃ mortuo bonores quereremus. Nec uero dubito quin si ille uir renũctiare legatio(nem) potuisset: & reditus eius nobis gratus fuerit &. R. P. Salutaris futurus. Non quod. L. Philippo &. L. Pisoni aut studium: aut cura defuerit ĩ tanto officio tantoq; munere: Sed cũ Seruius Sulpitius ętate illis anteiret: & sapientia omnibus: subito erectus totam legationem orbam: & debilitatam reliquit. Quod si cuiquam iustus bonos babitus est in morte legato: in nullo iustior: quã in Seruio Sulpitio reperietur: Cęteri q in legatione mortẽ obierunt: ad incertũ uitę periculũ sĩ nullo mortis metu ꝓfecti sũt. Ser. Sulpitius

Cicero dicit q̃ nolebat fieri senat(us) cons.

.A.A.

Persuadet Cic. ut ponatur statua pedestris Seruio sulpitio & q decernatur ei sepulchrũ

hic fuit ille Seruius sulpitius q fuit iurisconsultus.

cũ aliqua perueniẽdi ad. M. Antoniũ spe pfectus est/ nulla reuertẽdi. Qui cũ ita affect9 esset/ ut si ad grauẽ ualitudinẽ laboris accessisset/ sibi ipi diffideret: nõ recusauit quomin9/ uel in extremo spiritu si quã opẽ r. p. ferre posset: experiret. itaq; nõ illũ uis hyemis/ nõ niues/ nõ longitudo itineris/ nõ asperitas uiarum/ nõ morbus ingrauescens retardauit: Cumq; iam ad congressum colloquiumq; eius peruenisset/ ad quem erat missus: in ipsa cura & meditatione obeundi sui muneris excessit e uita: Vt igitur alia sic hoc Pansa preclare quod nos ad ornandum. Ser. Sulpitiũ cohortat9 es: & ipse multa dixisti copiose de illius laude: quibus ante dictis nihil preter sententiam dicerem: nisi P. Seruilio respondẽdũ putarem: qui hunc honorẽ statue nemini tribuendum censuit: nisi qui ferro esset in legatione interfectus. Ego autem P. C. sic interpretor sensisse maiores nostros/ ut Causam mortis censuerint: non genus esse querendum. Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset: eius monumẽtũ extare uoluerũt: ut in bellis periculosis obirẽt homines legationis munus audacius. Non igitur exempla maiorum querenda: sed consilium est eorum (a quo ipa exẽpla nata sũt) Explicandũ. Lartes Tolũmius Rex ueientum quattuor legatos. p. r. fidenis interemit/ quorum statue in rostris steterunt usq; ad nostram memoriam: iustus honos. iis enim maiores nostri q ob. r. p. mortem obierant: pro breui uita diuturnã memoriã reliquerunt. CN enim octauii clari & magni uiri/ qui primus in eam familiã/ que postea uiris fortissimis floruit/ attulit consulatum/ statuam uidemus in rostris. nemo enim nouitati inuidebat: nemo uirtutem non honorabat. At ea fuit legatio octauii

in qua periculi suspitio non subesset. Nam cum esset missus a senatu ad animos regum .f. perspiciendos liberorumque populorũ: maximeque ut nepotẽ Antiochi Regis qui cũ maioribus nostris bellũ gesserat: classes habere: elephantos alere phiberet: & laodice in gynnasio a quodã Aleptine est interfectus: Reddita est ei cum a maioribus statua pro uita quę multos per annos progeniem eius honestaret: nunc ad tantę familię memoriã sola restaret. Atque & huic & Tullo cliuio & L. roscio & sp. Antio & . C. Fulcinio qui a ueientũ Rege cesi sunt Non sanguinis q profusus est in morte sed ipsa mors ob . r . p . habita honori fuit: Itaque . P . C . si . Ser . Sulpitio Casus mortem attulisset: dolorẽ equidem tanto . r . p . uulner mortem uero eius non monumentis & luctu . pu esse honorandam putarem! Nunc autẽ quis dubitat quin ei uitam abstulerit ipsa legatio: secum enim ille mortem extulit: quam si nobiscum remansisset sua cura optimi filii: fidelissimeque coniugis diligẽtia uitare potuisset. At ille cũ uideret si uestrę auctoritati non paruisset dissimilem se futurũ sui paruisset munus sibi illud . pro . r . p . susceptum uitę finẽ allaturũ: maluit in maximo . r . p . discrimĩe mori: quã minus quam potuisset uideri . r . p . profuisse: multis illis in urbibus qua iter faciebat reficiendi se & curãdi potestas fuit! aderat & Hospitium: inuitatio liberalis pro dignitate summi Viri: & eorũ hortatio qui una erant missi ad requiescendum: & uitę suę consulendũ: At ille properans: festinans que mandata nostra cõficere cupiens in hac constantia morbo aduersante perseuerauit. Cuius cum aduentu maxime pturbatus esset Antonius: quod ea quę sibi iussu nr̃o denũciarent

auctoritate & sentētia. Ser. Sulpitii cōstituta: declarauit quam odisset senatum: cum auctorem senatus extinctum letę, atq insolenter tulit. Non igit̄ magis octauium leptines: nec ueientum Rex eos quos modo nominaui: quā. Ser. Sulpitium occidit Antonius. Is enim profecto mortem attulit: qui causa mortis fuit. Quo circa ad posteritatis etiam memoriam pertinere arbitror extare quod fuerit de hoc bello iudicium Senatus. Erit enim statua ipsa testis bellum tam graue fuisse, ut legati interitus honoris memoriam consecutus sit. Quod si excusationem Ser. Sulpitii. P. C. legationis obeūdę recordari uolueritis: nulla dubitatio relinquetur, quin honorem mortuo: Cui iniuriam uiuo fecimus: faciamus. Vos enim. P. C. graue dictu est: sed dicendū tamē, uos inquam. Ser. Sulpitium uita priuastis. Quem cum uideretis se magis morbo: quam oratione excusantē non uos quidē crudeles fuistis? Quid enim minus in hunc ordinem conuenit? sed cum speraretis nihil esse quod nō illius auctoritate & sapientia effici posset: uehementius excusationi obstitistis. atq eū qui semper uestrum cōsensum grauissimū iudicauisset de sentētia deiecistis. Vt uero Pansę Consulis accessit cohortatio grauior quā aures. Ser. Sulpitii ferre didicissent, tum filium, meq seduxit: atq ita locutus est: ut auctoritatem uestram uitę se diceret anteferre. Cuius nos uirtutē admirati nō ausi sumus aduersari eius uoluntati, mouebatur singulari pietate filius, non multum perturbationi eius mens dolor concedebat. sed uterq nostrum cedere cogebatur magnitudini animi orationisq grauitati: cum quidē ille maxima laude & gratulatione omnium uestrū pollicitus est

se quod uelletis esse facturum: neq; eius sentētię periculum uitaturum: cuius ipse auctor fuisset: quem exequi mandata uestra properantē mane postridie profecuti sumus: qui quidem discedens mecum ita locutus est: ut eius oratio omen fati uideretur. Reddite igitur. P. C. ei uitā: cui ademistis: Vita enī mortuorū in memoria uiuorum est posita. perficite ut is quem uos ad mortem inscii misistis: immortalitatē habeat a uobis. Cui si statuam in rostris decreto uestro statueritis nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio. Nam reliqua. Ser. Sulpitii uita erit multis: pręclarisq; monumētis ad omnem memoriam cōmendata. semper illius grauitatē, cōstātiā, fidem, pręstantem in. r. p. tuenda curam, atq; prudentiam omnium mortaliū fama celebrabit. Nec uero silebitur admirabilis quędam, & incredibilis & pene diuina eius in legibus interpetrandis ęquitate explicandis scientia. omnes qui ex omni etatę, hac in Ciuitate intelligentiā iuris habuerūt: si unum in locum conferantur cum. Ser. Sulpitio nō sunt cōperandi. Neq; enim ille magis iuris consultus, quā iustitię fuit. Itaq; quę proficiscebātur a legibus & a iure ciuili semper ad facilitatē, ęquitatēq; referebat. neq; constituere litium actiones malebat, quam cōtrouersias tollere. Ergo hoc statuę monumento nō eget: habet alia maiora. Hęc enī statua honestę mortis testis erit: illa mēoria uitę gloriosę. ut hoc magis monumētum gratię senatus: quam clari uiri futurū sit. Multum etiam ualuisse ad patris honorē pietas filii uidebitur: qui quanq̄ afflictus luctu non adest: tamē sic animati esse debetis, ut ille si adesset. est enī ita affectus ut nemo unquā unici filii mortē magis

doluerit quam ille meret patris. equidē & ad famā Ser. Sulpitii filiọ arbitror attinere: ut uideat͛ honorē debitū patri prestitisse: quanquā nullū monumētum clarius. Ser. Sulpitius relinquere potuerit: quā effigiem morum suorum: uirtutis: constantię: pietatis: īgenii filiū. Cuius luctus aut honore uestro/ aut nullo solatio leuari potest. Mihi autem recordanti. Ser. Sulpitii multos in nostra familiaritate sermōes/ gratior illi uidetur/ si quis est sensus in morte/ ęnea statua futura: & ea pedestris magis: quā inaurata equestris: qualis. L. Syllę prima statua est. Magnifice enim Serui9 Sulpitius maiorū cōtinentiā diligebat: huius seculi insolentiam uituperabat. Vt igitur si ipsum cōsulam quid uelit: sic pedestrem ex ęre statuam tāquā ex eius auctoritate/ & uoluntate decerno: quę quidem magnum ciuium dolorē/ & desiderium honore monumēti minuet/ & leniet. atq; hāc meā sentētiā. P. C. P. Seruilii sentētia probari necesse est: q sepulchrū publice decernēdū Seruio Sulpitio censuit/ statuā non censuit: Nā si mors legati sine cede/ atq; ferro nullum honorem desiderat: cur decernit honorem sepulturę: qui maxim9 haberi pōt mortuo? Sin id tribuit. Ser. Sulpitio quod nō est datū. CN. octauio: cur quod illi datum est: huic dandum esse nō censet? Maiores quidem nostri statuas multis decreuerunt: sepulchra paucis. Sed statuę intereunt tempestate/ ui/ uetustate: Sepulchrorū autem sanctitas in ipso solo est: quod nulla ui deleri/ neq; moueri potest. Atq; ut cętera extingunt͛: sic sepulchra fiūt sanctiora uetustate. Augeatur igitur isto etiam honore Is uir: cui nullus honor tribui non debitus potest. grati simus in eius morte decoranda: cui nullā aliam gratiā referre iā possum9.

Notetur etiã Antonii nefarium bellũ gerentis scelerata audacia: His enĩ honoribus habitis. Ser. Sulpitio repudiatę | reiectęqꝫ legationis ab Antonio | manebit testificatio sempiterna. Quas obres ita cẽseo: Cum. Ser. Sulpitius quĩti filius Lemonius Rufꝰ difficillimo. r. p. tempore graui | periculosoqꝫ morbo affectus | auctoritatem senatus: salutemqꝫ. p. r. uitę suę prępofuerit | contraqꝫ uim: grauitatemqꝫ morbi contenderit | ut ad castra Antonii: quo Senatus eũ miserat | perueniret. Isqꝫ cum iam prope castra uenisset ui morbi oppressus | uitã ammiserit: im maximo. r. p. munere. eiusqꝫ mors consetanea uitę fuerit sanctissię honestissimęqꝫ actę: in qua sępe magno usui. r. p. Ser. Sulpitius & priuatus | & in magistratibus fuerit. cũ talis uir ob rem puplicam in legatione mortẽ obierit Senatui placere. Ser. Sulpitio statuam pedestrem ęneam in rostris exhuius ordinis sententia statui | circumqꝫ eam statuam locũ gladiatoribus: ludisqꝫ liberos posterosqꝫ eius quaqꝫ uersus pedes quicqꝫ habere: qꝫ his ob. r. p. mortem obierit eamqꝫ causam in basi inscribi: utiqꝫ. C. Pansa. A. Hyrcius Cõsules alter ambo ue si eis uidebitur | questoribus Vrbis imperent: ut eam Basim: statuamqꝫ faciendã | & in rostris statuendam locent: quanticqꝫ locarint tantam pecuniam redemptori soluendam | attribuendamqꝫ curent. Cumqꝫ antea senatus auctoritatẽ in uirorꝫ fortium funeribus | ornamentisqꝫ ostẽderit: placere eum quamamplissime supremo suo die efferri & cum. Ser. Sulpitius. Q. F. Lemonius Rufus ita de. r. p. meritus sit ut his ornamentis decorari debeat: senatum censere atqꝫ | e | . r. p. ęstimare | Ediles curules edictum dę funeribus habeant. Ser. Sulpitii

Q. F. Lemonii Rufi funeri mittere utiq; locum sepulchro in Campo exquilino. C. Pansa Consul seu quo in loco uidetur pedes triginta quoq; uersus designet: quo Seruius Sulpitius inferatur: Quod sepulchrum ipsius liberorũ posterorumq; eius sit: uti ꝑ optimo iure sepulchrũ puplice datum esset.

MAXIMAS TIBI PANSA gratias omnes & habere & agere debemus: qui cũ hodierno die Senatum te non habiturũ arbitraremur: ut M. Bruti prestantissimi Ciuis litteras accepisti: ne minimam quidem moram interposuisti quin quamprimum maximo gaudio & gratulatiõe frueremur: cũ factum gratum omnibus debet esse: tum uero oratio qua recitatis litteris usus es: Declarasti enim uerum esse id quod ego semper sensi. Neminem alterius qui sue confideret uirtuti inuidere. Itaq; mihi qui plurimis officiis sũ cũ Bruto & maxima familiaritate cõiunctus: minus multa de illo dicenda sunt: quas enim partes ipse mihi sumpseram eas preoccupauit oratio tua. Sed mihi. P. C. necessitatem attulit paulo plura dicendi sententia eius q rogatus est ante me a quo ita sepe dissentio: ut iã uerear: ne quod minime fieri debet minuere amicitiã nostram uideatur perpetua dissensio: Que est enim ista tua oratio Calene: que mens: qui nunq̃ post. Kl. ian. idem senseris quod is qui te sẽtentiam prius rogat. Cur nunquam tam frequens Senatus fuit q unꝰ aliquis tuam sententiam secutus sit: Cur semper tui dissimiles defendis: Cur cum te & uita & fortuna tua

ad ocium|& ad dignitatem inuitet:ea probas:ea decernis:ea sentis quę sunt inimica & ocio comuni|& dignitati tuę:Nam ut superiora omittam hoc certe quod mihi maximam admirationem mouet|non tacebo. Quod enim tibi cū Brutis bellum? cur eos quos omnes uenerari debem9?solus oppugnas? Alterum circumsederi non moleste fers. alterum tua sententia spolias his copiis:quas ipse suo labore|& piculo ad. r. p. non ad suum pręsidium per se nullo adiuuante confecit. Quis est iste tuus motus? quę cogitatio:Brutos ut non probes:Antonios probes: quos omnes carissimos probes habēt|tu oderis:quos acerbissime omnes oderūt:tu constantissime diligas Anplissimę tibi fortunę sunt:sūmus honoris grad9 filius ut & audio|& spero natus ad laudem:cui cum r.p.causa faueo:tum & tua. Quero igitur eū Bruti ne similem malis|an Antonii:ac permitto ut de tribus Antoniis eligas quē uelis. D. Brutus melior est inquis:Cur igitur nō his faues:Eos laudas:quoȝ similem filium tuum esse uis. simul enim. r. p. consulis:& proponis illi exempla ad imitandum. Hoc uero. Q. Fusi copiosius sine offensione nostrę amicitię sicut tecum:aut a te dissentiēs senator quero:Ita enim dixisti etquidē descripto:Nam te inopia uerbi lapsum putarem:nisi tuam in dicendo facultatem nossem:litteras Bruti recte|& ordine scriptas uideri: quod|quid est aliud:quam librarium Bruti laudare: non Brutum. Vsum in. r. p. Calene magnum iam habere & debes|& potes:quando ita decerni uidisti: aut quo. S.C. huius generis(sunt enī innumerabilia) bene scriptas litteras decretum|a senatu quod uerbū tibi non excidit(ut sępe fit)fortuitu. scriptū meditatū

cogitatum attulisti. hanc tibi consuetudinẽ plerisq̃ in rebus bonos obtrectandi: si quis detraxerit: qui tibi uelit obtrectare non relinquetur. Quamobrem college te: placaq̃ animum aliquando: & mitiga. Audi uiros bonos: quibus uteris multum: loquere cum sapientissimo homine genero tuo sępius: q̃ tu ipse tecũ. tum deniq̃ amplissimi honoris nomen obtinebis. An uero hoc pro nihilo putas: in quo equidem pro amicitia tua iure dolere soleo: efferri hęc foras: & ad p. r. aures peruenire: ei qui primus sentẽtiam dixerit neminem assensum: quod etiam hodie futurum: arbitror. Legiones abducis a Bruto: quas? nẽpe illas quas ille ab Antõio scelere auertit & ad. r. p. sua auctoritate traduxit. Rursus igitur uis illum nudatum atq̃ solum ab. r. p. relegatum uideri. Vos autem. P. C. si. M. Brutum deserueritis: & prodideritis: quẽ tandem ciuem habebitis? quẽ ornetis? cui fauebitis nisi forte eos qui diadema posuerunt: conseruandos: eos qui nomen Regis substulerũt: deserendos putatis: Ac de hac quidem diuina: atq̃ immortali laude Bruti silebo: quę gratissima memoria omniũ ciuium inclusa: non dum auctoritate publica testata est: tantam ne patientiam dii boni: tãtam moderationem tantam in iniuria tranquillitatem: & modestiam? q cum pretor urbanus esset: Vrbe caruit: Ius nõ dixit Cum omne ius. p. r. recuperasset: Cumq̃ concursu quottidiano bonorũ omnium q admirabilis ad eũ fieri solebat pręsidioq̃ italię cunctę septus posset esse: absens iudicio bonorum defensus esse maluit: quam presens manu: qui nec appollinares quidem ludos p sui. P. q̃. R. dignitate apparatos pñs fecit: nequã uiam patefaceret sceleratorum hominum audacię

quanq̃ qui unquã aut ludi: aut dies letiores fuerunt q̃ cum in singulis uersibus Populus .r. maximo clamore, & plausu Bruti memoriã prosequebat̃: Corpus aberat liberatoris: libertatis memoria aderat. in qua Bruti imago cerni uidebatur. At hunc his ipsis ludorum diebus uidebam in insula clarissimi adolescentis Luculli propinqui sui nihil nisi de pace & concordia ciuium cogitantem. eundem uidi postea Veliç cedentẽ italia nequa oriretur belli ciuilis causa ꝑpter se. O spectaculum illud non modo hominibꝰ sed undis: ipsis, & littoribus luctuosum. cedere e patria seruatorẽ eius: manere in patria perditorẽ. Cassius lapsis paucis post diebus cõsequebat̃: ut me puderet P. C. in eam Vrbem redire: ex qua illi abirent. Sed quo consilio redierĩ initio audistis: post estis experti. Expectatum igitur tempus a Bruto est: nam quo ad uos omnia pati uidit usus est ipse incredibili patientia posteaq̃ uos ad libertatem sensit erectos: presidia uestrę libertati parauit. At cui pesti: quãteq; restitit. Si enim .C. Antonius quod animo intenderat, pficere potuisset: potuisset autem: nisi eius sceleri uirtus. M. Bruti obstitisset, macedoniam, illiricum, grecia p̃didissemus. esset uel receptaculum Pulso Antonio uel agger oppugnandę Italię grecia: quę quidẽ nunc M. Bruti imperio auctoritatis, copiis, non instructa solum: sed etiã ornata tendit dextram italię: suumq; ei presidium pollicet̃. Quod qui ab illo abducit exercitum pulcherrimum, & presidium firmissimum adimit .r. p̃. Equidem cupio hec quamprimum Antonium audire, ut intelligat nõ. D. Brutũ quẽ uallo circumsedeat: sed se ipsum obsideri. Tria tenet oppida toto in orbe terraꝝ. Habet inimicissimã galliã

eos etiã quibus confidebat alienissios transpadanos Italia omnis infesta est: exterę nationes a prima ora grecię usq; a Egyptum optimorum & fortissimorũ ciuium imperiis & presidiis tenerentur: Erat enĩ spes una in Antonio qui duorum fratrum ętatibus medius interiectus uitiis cum utroq; certabat: qui tanquam extruderetur a senatu in macedoniam: & non contra prohiberetur proficiscitur, cucurrit. Quę tempestas dii immortales: quę flamma: quę uastitas: quę pestis grecię fuisset: nisi icredibilis uis ac diuina uirt9 Cesaris, furentis hominis cõatum atq; audaciã compressisset! Quę celeritas illa Bruti: quę cura! quę uirtus: & sine illa quidem Antonii celeritas cõtempnenda est: quem nisi in uia caducę hereditates retardasset uolasse eũ: nõ iter fecisse diceres: alios ad negotium publicum ire cum cupimus: ui solemus extrudere: hunc retinentes exclusimus! At quid ei cũ Appollonia? quid cum Dorachio: quid cum Illyrico? quid cum . P . Vatinii imperatoris exercitu? Succedebat ut ipse dicebat Hortensio, certi fines Macedonię certa conditio. certissimo modo erat. etiam illi9 exercitus . cum Illirico uero cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? ac ne cum Bruto quidẽ: id enim fortasse quispiam improbus dixerit omnes legiones omnes copię quę ubiq; sunt sunt . p . r . sunt: neq; enĩ legiones quę Antonium reliquerunt Antonii poti9 quam . r . p . fuisse dicuntur. omnes enim exercitus & imperii ius ãmittit is qui eo imperio & exercitu . r . p . oppugnat: Quod si ipsa . r . p . iudicaret: aut si omne ius decretis ejus statueret, Antonio ne an Bruto legiones . p . r . adiudicaret; alter aduolaret subito ad direptionem pestemq; sociorũ & q̃cunq; iret omnia

uastaret diripet: & auferret exercitu. p. r. contra ipsum. P.R. uteretur. alter uero eam sibi legem statueret: ut quocunq; uenisset Lux uenisse quędam. & spes salutis uideretur. deniq; alter ad euertendā. r. p. pręsidia querebat. alter ad conseruandam. Nec uero hoc nos magis uidebamus: quam ipsi milites: a quibus tanta in iudicando prudentia non erat postulanda. cum. vii. cohortibus: ī appolloniā isse scribit Antoni9: qui iam aut captus est: quod dii dent: aut certe homo uerecundus in macedoniam non accedit: ne contra senatū fecisse uideat. Delectus habitus ī macedonia est sūmo Hortēsii studio & īdustria. Cui9 animū egręgiū: dignūq; & ipso: & maiorib9 eius ex Bruti litteris pspicere potuistis: Legio quā. L. Piso ducebat legat9 Antonii Ciceroni se filio meo traddidit. Equitatus q in Syriam ducebaṫ bipartito: alter eū: a quo ducebaṫ reliquit ī thessalia: seseq; ad Brutum cōtulit. Alterum in macedonia. CN. Domitius adulescēs sūma uirtute: & cōstantia ab legato Syriaco abduxit. P. autē Vatinius qui decimo anno iure laudatus a nobis & hoc tp̄e merito laudandus est apuit Dirachii portas Bruto: & exercitum traddidit. Tenet igitur. p. r. macedoniam: tenet Illiricum: tuetur gręciam: nostrę sunt legiones: nostra leuis armatura: nostri equitat9 maximeq; noster est Brutus: semperq; noster cū sua excellentissima uirtute. r. p. natus: tum fato quodam paterni: materniq; generis: & nominis. Ab hoc igiṫ quisquā bellum timet: qui antequam nos id coacti suscepimus in pace iacere: quam in bello uigere maluit. quanquā ille quidem nunquam iacuit: nec hoc cadere uerbum in tantam uirtutis prestantiā potest Erat enim in desiderio Ciuitatis in ore: in sermone

omnium, tantum autem aberat a bello: ut cum cupiditate libertatis italia arderet defuerit ciuiũ studiis, potiusq̃ eos in armorum discrimen adduceret. Itaq; illi ipsi siqui sunt qui tarditatem Bruti reprehendãt: tamen eiusdem moderationem, patientiamq; mirẽtur. Sed iam uideo quid loquantur. neq; enim id occulte faciunt: timere se dicunt quomodo ferãt ueterani exercitum Brutum habere. quasi uero quicquã intersit inter. A. hircii. C. Pansę. D. Bruti. C. Cesaris: Et hunc exercitũ. M. Bruti. Nam si quattuor exercitus ii de quibus dixi ꝓpterea laudantur quod pro. p. r. libertate arma ceperunt: quid est cur M. Bruti exercitus non in eadem causa reponatur. At enim ueteranis suspectum est nomẽ. M. Bruti magis quam. D.? Equidem non arbitror: & si est enĩ Brutorum cõmune factum & laudis societas equi9 D. tamen Bruto irati omnes hi: qui id factum dolebãt, quominus ab illo rem illam dicebant fieri debuisse. Quid ergo nunc agunt tot exercitus? nisi ut obsidione Brutus liberetur? qui autem hos exercitus ducunt? hi credo qui. Ces. res actas euerti qui causã ueteranorũ prodi nolunt. Si ipse uiueret Cęsar, acri9 credo acta sua defenderet: quam uir fortissimus defendit Hyrcius? aut amicitior causę potest inueniri quam filius? At eorum alter non dum ex longinquitate grauissimi morbi recreatus quicquid habuit uirium, id in eorum libertatem contulit, quorum uotis iudicauit se a morte reuocatum. Alter uirtutis robore firmior: quam ętatis cum istis ipsis ueteranis ad D. Brutum liberandũ profectus est. Igitur illi certissimi, idemq; acerrimi Cesaris actorum patroni ꝑ D. Bruti salute bellum gerũt: quos ueterani sequerẽt

De libertate enim .p.r. non de suis comodis armis decernendum uident? quid est igitur cur iis qui .D. Brutum omnibus copiis conseruatum uelint .M. Bruti sit suspectus exercitus? An uero si quid esset quod a .M. Bruto timendum uideretur: Pansa id nõ uideret? Aut si uideret nõ laboraret: quis aut sapientior ad cõiecturam rerum futurarũ: aut ad propulsandum metum diligentior? Atqui huius animum erga .M. Brutum, studiumq; uidistis. pręcepit oratione sua quid decernere nos de Bruto, quid sentire oporteret: tantumq; abfuit ut periculosum .r.p. M. Bruti putaret exercitum ut in eo firmissimum .r.p. pręsidium & grauissimum poneret Silicet hęc Pansa aut non uidet. Hebeti enim ingenio est, aut negligit. quę enim Cęsar egit, ea rata esse non curat? de quibus confirmandis, & sanciendis legem comitiis Centuriatis ex auctoritate nostra laturus est. Desinãt igitur aut hi non timent simulare se timere, & prospicere rei.pu. aut hi qui omnia uerentur nimium esse timidi: ne illorũ simulatio horum sit ignauia. Quod malum est ista ratio? semper optimis causis ueteranorum nomen opponere? quorum etiam si amplecterer uirtutes: ut facio: tamen si essent arrogantes nõ possem ferre, studium. At nos conantes seruitutis uincula rumpere: impediet. si quis ueteranos id nolle dixerit? non sunt enim credo innumerabiles qui pro cõmuni libertate arma capiant? Nemo est pręter ueteranos milites uir qui ad seruitutem propulsandã ingenuo dolore excitetur? Potest igitur stare .r.p. freta ueteranis sine magno subsidio iuuentutis: quos quidem libertatis adiutores complecti debetis: seruitutis auctores sequi non debetis. Postremo enim

x

erumpat aliquando uera & me digna uox: si uetera-
norum nutu mentes huius ordinis gubernantur:
omniaq ad eorum uoluntatem dicta, factaq nostra
referuntur: optanda mors est quę ciuibus .r. p. semp
fuit seruitute potior. Omnis est misera seruitus: sed
fuerit quędam necessaria. & quod nam principium
putatis libertatis capescendę: an cum ipsum necessa-
rium, & fatalem pene Casum non tulerimus, hunc
feremus uoluntarium: tota italia desiderio libertatis
exarsit. seruire diutius non potest Ciuitas. Serius. p.
r. hunc uestitum, atq arma dedimus: quam ab eo
flagitati sumus: Magnā nos quidem spē & prope
exploratā liberatis causam suscepimus. Sed ut con-
cedam incertos exitus esse belli: Martemq cōmu-
nem: tamen pro libertate uitę periculo decertandū
est. Non enim in spiritu uita est: sed ea nulla est om-
nino seruienti. Omnes enim nationes seruitutē ferre
possunt: nostra Ciuitas nō potest: Nec ullā aliā ob-
causam: nisi quod ille laborem, doloremq fugiunt:
quibus ut careant omnia perpeti possunt. nos ita a
maioribus instituti, atq imbuti sumus: ut omnia cō-
silia atq facta ad uirtutē, atq dignitatem referamus.
Ita pręclara est recupatio libertatis: ut ne mors qui-
dem sit in repetenda libertate fugienda. Quod si im-
mortalitas cōsequeretur presentis fuga periculi: tamē
ea magis, fugiēda esse uideretur: quo diuturnior esset
seruitus. Cum uero dies & noctes omnia nos undiq
fata circumstent, non est uestri, nominisq Romani
dubitare eum spiritum quē naturę quis debeat, pa-
trię reddere. Concurrunt undiq ad cōmune incen-
dium restinguēdū ueterani: qui primi Cęsaris aucto-
ritatem secuti, conatum Antonii reppulerunt: Post

eiuſdem furorem: Martia legio fregit: quarta afflixit
ſic a ſuis legionibus condemnatus irrupit in Galliā
quam ſibi armis / animiſq; infeſtā / inimicamq; cog/
nouit. Hunc. A. Hircii. C. Cęſaris exercitus inſecu/
ti ſunt. Poſt Panſę delectus / Vrbem: totamq; Italiā
erexit. Vnus eſt omnium hoſtis. quanq̃ habet ſecū
L. fratrem Cariſſimum. r. p. ciuem: Cuius deſideriū
Ciuitas ferre diutius non poteſt. Quid illa tetrius
bellua? quid immanius? qui ob eam cauſam natus
uidetur ne omnium mortalium turpiſſimus eſſet
Antonius. Eſt una Trebellius qui iam cum tabulis
nouis redit in gratiam. T. Plancus ceteri pares qui
id pugnāt: id agūt ut cōtra. r. p. reſtituti eſſe uideātur:
ſollicitāt homīes īperitos. Saxas / & Caphones ipſi ru/
ſtici / atq; agreſtes? q hāc. r. p. nec uiderūt unq̃: nec ui/
dere cōſtitutā uolūt? q nō Cęſaris: ſed Antōii acta de/
fēdūt? quos auertit agri Cāpani īfinita poſſeſſio Cui9
eos nō pudere miror / cū uideāt ſe mimos & mimas
habere uicinos. Ad has peſtes opprimendas quid ē
cur moleſte feramus / quod. M. Bruti acceſſit exerci/
citus? immoderati credo hominis / & turbulēti / uide ne
nimium poene patientis / & ſi in illius uiri conſiliis
atq; factis nec nimium: nec parum unq̃ fuit. Omnis
uolūtas. M. Bruti. P. C. omnis cogitatio: tota mēs
auctoritatem ſenatus libertatem. p. r. intuetur. Hęc
habet propoſita. Hęc tueri uult: tentauit quid patiā
proficere poſſet: nihil cum proficeret / contra uim ex/
periendum putauit. Cui quidem. P. C. uos idem
tribuere hoc tempore debetis quod ad. xiii. Kl. Iañ
D. Bruto & C. Cęſari me auctore tribuiſtis: quo4
priuatum de. r. p. conſilium / & factum auctoritate
ueſtra eſt comprobatum. atq; laudatum: quod idem

In . M . Bruto facere debetis a quo insperatum & ei
repentinum .r.p. presidium legionū: equitatus auxi/
liorum magnę | & firmę copię comparatę sunt . ad/
iungendusq́ est . Q . Hortensius : qui cum macedo/
niam obtineat : adiutorem se Bruto adcomparādū
exercitum fidelissimum | & constantissimū prebuit .
Nam de Apulegio seperatim censeo referendū cui
testis est per litteras Brutus . eum principē fuisse ad/
conatum exercitus comparandi . Quę cum ita sint:
quod . C . Pansa Cons . uerba fecit de litteris : quę . A .
Q . Cepione Bruto . Procos . allatę : & huic ordini re/
citatę sunt de ea re ita censeo : Cum . Q . Cepionis
Bruti procos . opera : cōsilio : industria & uirtutę diffi/
cillimo .r.p. tempore prouinciam macedonia : Illyri/
cum : cunctamq́ grēciam : & legiones : exercitus : equita/
tus in cos . senatus . p . q . r . potestate sint | id . Q . Ce/
pionem Brutū procos . bene & e . r . p . & sua maio/
rumq́ suorum dignitate & cōsuetudineq́ .r.p. bene
gerende fecisse | eamq́ . rem Senatui . p . q . r . gratam
esse & fore : utiq́ . Q . Cepio Brutus Procos . prouin/
ciam macedoniam : Illyricum totamq́ grēciā tueatur
defendat | custodiat | incolumemq́ seruet : eiq́ exercitui
quem ipse constituit : comparauit : presit : pecuniamq́
ad rem militarem : siqua opus sit | quę publica sit : &
exigi possit | utatur : exigat : pecuniasq́ a quibus uidetur
ad rem militarē mutuas summat : frumentum imperet
operamq́ dedet : ut cum suis copiis quamproxime Ita/
liam sit . Cumq́ litteris . Q . Cepionis Bruti . Procōs
intellectum sit . Q . Hortensii . Procons . opera | & uir/
tute uehementer .r.p. adiutam : omniaq́ eius consilia
cum consiliis . Q . Cepionis Bruti . Procos coniūcta
fuisse : Eam que rē magno usui .r.p. fuisse . Q . Hortēsiū

Appuleio

Vel melius in hoc ordine

Procos: recte & ordine exq; r. p. fecisse: senatuiq; placere. Q. Hortensium. Procos cum. Q. Cepione Procos. & legatis suis macedoniam prouinciam obtinere quoad ex. C. S. successum sit.

MAGNO IN DOLORE SVM. P. C. uel moerore potius: quem ex crudeli & miserabili morte. C. Trebonii optimi Ciuis: moderatissimiq; hominis accepimus. Inest tamen aliquid quod r. p. profuturum putem. Prospeximus enim quãta in his qui contra patriam scelerata arma ceperunt inesset immanitas. Nam duo hęc capita nata sunt post homines natos teterrima & spurcissima Dolobella & Antonius. quorũ alter effecit quod optabat: de altero patefactũ est quid cogitaret. L. Cinna crudelis. C. Marius in iracundia perseuerans. L. Sylla uehemens. neq; ullius eorum in ulciscendo acerbitas progressa ultra mortem est. quę tamẽ poena in ciues nimis crudelis putabatur. Ecce tibi geminum in scelere par inusitatum: inauditum: ferum: barbarum. Itaq; quorum summũ quondam inter ipsos odium bellumq; meministis eosdẽ postea singulari inter se consensu & amore deuinxit impurissimę naturę & turpissime uitę similitudo. Ergo id quod fecit Dolobella in quo potuit multis idem minatur Antonius. ille cum procul abesset a Cos. exercitibusq; nostris nec dum Senatum cum. p. r. cõspirasse sensisset fretus Antonii copiis ea scelera suscepit quę iam Romę suscepta arbitrabatur a socio furoris. Quid ergo hũc aliud moliri: quod optare censetis: aut quã omnio

causam esse belli: omnes qui libere de .r.p. sensimus, qui dignas nobis sententias diximus, qui .p. r. liberum esse uolumus statuit ille quidem non inimicos: sed hostes. maiora in nos: q̃ in hostem supplicia meditatur, mortem naturę. pęnam putat esse, iracundię tormentũ, atq; cruciatũ. Qualis igitur hostis habendus est is a quo uictore si cruciatus absit: mors in beneficii partem numeretur? Quamobrem. P. C. quãq̃ hortatore non egetis. ipsi enim uestra spontę exarsistis ad libertatis recuperandę cupiditatẽ. tamẽ eo maiore, studio q; libertatem defendite: quo maiora proposita uictis supplicia seruitutis uidetis. In galliã inuasit Antonius. in Asiam Dolobella. in alienam uterq; prouinciã. Alteri se Brutus obiecit: impetũq; furentis, atq; omnia diuexare, & diripere cupientis uitę suę periculo colligauit: a progressu arcuit: a reditu refrenauit: obsideri se passus: ex utraq; pte cõstrinxit Antonium. Alter in Asiam irrupit cursum: ut in Siriam patebat uia certa, neq; longa. Quid opus fuit cum legione pręmissa Marso nescio quo octauio scelerato latrone, atq; egente qui popularetur agros: uexaret Vrbes, non ad spem constituendę rei familiaris: quam tenere eum posse negant, qui norũt: mihi enim hic Senator ignotus est: sed ad presentem pastum mendicitatis suę consecutus est Dolobella nulla suspitione belli. Quis enim id putaret? Secutę collocutiones familiarissimę cũ Trebonio: cõplexusq; sum me beniuolẽtię, falsi indices extiterũt in Amore simulato. dexterę quę fidei testes esse solebant. perfidia sunt, & scęlere uiolatę. Qui nocturnus introitus in Smyrnam. quasi in hostium Vrbem: quę est fidelissimorum antiquissimorumq; sociorum. Oppressus

Trebonius sicut ab eo qui aperte hostis esset: incautus
si ut ab eo qui ciuis etiam tum speciem haberet mi-
ser. Exquo nimirum documentum nos capere for-
tuna uoluit quid esset uictis extimescendum. Con-
sularem hominem consulari imperio prouinciam
Asiam obtinentem Samario exuli tradidit: iterficere
statim captum noluit: ne nimis credo in uictorus li-
beralis uideretur. cum uerborum contumeliis opti-
mum uirum incesto ore lacerasset: tum uerberibus
ac tormentis questionē habuit pecunię publicę idque
per biduum. post autem ceruicibus caput abscidit
idque fixum gestari iussit in pilo. Reliquum corpus
tractum atque laceratum abiecit in mare. Cum hoste
hoc bellandum est: cuius deterrima crudelitate om-
nis barbaria superata est. Quid loquar de cede ciuiū
r. de direptione fanorum? quis est qui pro rerū atro-
citate deplorare tantas calamitates queat? & nunc
tota Asia uagatur: uolitat ut Rex: nos alio bello deti-
neri putat. quasi uero non unum: idemque bellum sit
contra hoc iugum impiorum nefarium? Imaginem
Antonii crudelitatis in Dolobella cernitis. ex hoc illa
effecta est. ab hoc illa Dolobellę scelerum pręcepta
sunt traddita. Num leniorem q̄ in Asia Dolobella
fuit: in italia: si liceat: fore putatis Antonium? Mihi
quidem & ille peruenisse uidetur quo ad progredi
potuerit feri hominis amentia. Neque Antonius ul-
lius supplicii adhibendi: si potestatem habeat: ullam
partem est relicturus. Ponite igitur ante oculos P.
C. miseram quidem illam: & flebilem speciem: sed
ad incitandos animos nostros necessariā: noctur-
num impetum in Vrbem Asię Clarissimā: irrup-
tionem armatorum in Trebonii domum: cum ille

miser prius latronum gladios uideret: quã querens
quę res esset audisset furentis introitum Dolobellę
uocem impuram: atq; os illud infame: uincula uer-
bera, eculeum, Carnificem, tortoremq; Samariũ: quę
tulisse illũ fortiter, & patienter ferunt. Magna laus
meoq; iudicio omniũ maxima. Est enim sapientis
quicquid homini accidere possit, id premeditari, fe-
rendum modice si aduenerit esse, maioris est omnio
consilii prouidere: nequid tale accidat. Sed animi nõ
minoris fortiter ferre, si euenerit. At Dolobella qui-
dem tam fuit immemor humanitatis: quanquã eius
nunq̃ particeps fuerit: ut suam insatiabilem crude-
litatem exercuerit non solum in uiuo: sed etiam in-
mortuo. At in eius corpore lacerando, atq; uexando
cum animum satiare non posset: oculos pauit suos.
O multo miserior Dolobella: quã ille quẽ tu miserri-
mum esse uoluisti. Dolores Treboni9 pertulit mag-
nos. multi ex morbi grauitate maiores. quos tamen
non miseros: sed laboriosos solemus dicere. Longus
fuit dolor bidui. at compluribus hominibus anno-
rum sepe multorum. nec grauiora uero sunt Carni-
ficum tormenta: quã interdum cruciamenta mor-
borum. alia sunt alia inquã o perditissimi homines
& amentissimi multo miseriora: nanq; maior uis est
animi: quã corporis: hoc sunt grauiora eaquę conci-
piuntur animo: quã illa quę corpore, miserior igitur
qui suscipit in se scelus, q̃ is qui alterius facinus subi-
re cogitur. Cruciatus est a Dolobella Trebonius.
Et quidem a carthaginensibus Regulus. in qua re cũ
crudelissimi poeni iudicati sint in hoste, quid in ciue
de Dolobella iudicandum est: an uero hoc cõferẽdũ
est: an dubitandum uter miserior, is ne cuius mortẽ

S. P. q. R. ulsciscitur: an is qui cuncti Senatus sententia hostis est iudicatus? Nam ceteris quidem uitę partibus quis est, qui possit sine Treboni maxima contumelia conferre uitam Treboni cũ Dolobellę? Alterius consilium, ingenium, humanitatem, innocentiam, magnitudinem animi in patria liberanda quis ignorat? Alteri a puero p deliciis crudelitas fuit: Deinde ea libidinum turpitudo: ut in hoc sit semper ipse letatus, quod ea faceret: quę sibi obici ne ab inimico quidem possent uerecundo. Et hic dii imortales aliquando fuit meus amicus. oculta enim erãt uitia non inquirenti. neq nunc fortasse alienus ab eo essem: nisi ille nobis: nisi moenibus patrię: nisi huic Vrbi: nisi diis penatibus: nisi aris, & focis: omnium nostrorum, nisi denique naturę, & humanitati inuentus esset inimicus, a quo admoniti diligentius, & uigilantius Cauemus Antonium. & enim Dolobella non ita multos secum habuit notos, at insignes latrones: At uidetis quot, & quãmultos habeat Antonius. Primum. L. fratrem. quam facem dii immortales: quod facinus. quod scelus: quem gurgitem, quam uoraginem? quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione: cuius sanguinem non bibere censetis? in cuius possessiones, atque fortunas non impudentissimos oculos spe, & mente defigere? Quid Censonium? qui se uerbo pretorem esse Vrbanum cupere dicebat, re certe noluit: quid bestiã? qui se consulatum in Bruti locum petere profitetur? Atq hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter, quam absurdum autẽ, qui pretor fieri non potuerit petere eũ consulatum? Nisi forte damnationem pro pretura putat. Alter. Cęs. uopiscus ille homo summo ĩgenio

summa potentia qui ex ędilitate consulatum petit:
soluatur legibus? quanquam leges eum non teneat
credo dignitate. At hic me defendente quinquies
absolutus est|sexta palma Vrbana esset in gladiatore
difficilis. sed hęc iudicum culpa: non mea est. Ego
defendi fide optima. illi debuerunt clarissimum|&
pręstantissimum Senatorem in ciuitate retinere. qui
tamen nunc nihil aliud agere uidetur: nisi ut intelli-
gamus illos iudices quorum res iudicatas irritas fe-
cimus|bene|& e. r. p. iudicasse. neq; hoc in hoc uno
est. Sunt alii in eisdem castris honeste condemnati:
turpiter restituti. Quod horum consilium qui om-
nibus bonis hostes sunt|nisi crudelissimum putatis
fore? Accedit Saxa: nescio quis: quem nobis. Cęs. ex
ultima Celtiberia. tr. pl. dedit. Castrorũ antea meta-
tor|minus ut sperat Vrbis: a qua cum sit alienus suo
capiti saluis nobis dominetur. Cum hoc ueteranus
Capho. quo neminem ueterani peius oderunt. His
quasi pręter dotem|quam in ciuilibus malis accepāt
agrum Campanum est largitus Antonius. ut ha-
berent aliquorum nutriculas pręd iorum. Quibus
utinam contenti essent: ferremꝰ|& si tollerabile non
erat|Sed quid uis: patiendũ fuit: ut hoc deterrimum
bellum non haberemus. Quid illa castrorum. M.
Antonii lumina|non ne ante oculos pręponitis pri-
mum duos Collegas Antonioꝝ|& Dolobellę Nu-
culam|& Lentonem italię diuisores|lege ea quam
senatus per uim latam iudicauit. quorum alter cō-
mentatus est mimos? Alter egit Tragediam. Quid
dicam de Apulo Domitio: cuius bona modo pro-
scripta uidimus|tanta procuratoꝝ negligentia|At
hic nuper sororis filio infudit uenenum: non dedit.

Sed nõ possunt nõ prodige uiuere qui nostra bona sperant, cum effundunt sua. Vidéte etiam. P. Decii cautionem clarissimi uiri: qui maiorum suorum exempla prosequens pro alieno se ęre deuouit emptori: tamen in ea auctione inuentus est nemo. O hominẽ ridiculum qui se exire ęre alieno putet posse cũ uenderet aliena, Nam quid dicam de Trebellio? dicam quammultę uidentur furię debitorum? uindicẽ enĩ tabularum nouarum, nouam tabulã uidimus. Quid de Planco qui pręstantissimos ciues aquila pollentia expulit? & quidem crure fracto. quod utinam ante illi accidisset: nec huc redire potuisset, lumen, & decus exercitus illius pene pręterii: Caninum cimbrum Lisidici filium, Lisidicum ipsum in gręco uerbo qui omnia iura dissoluit, (nisi forte iure) germanum cymber occidit. Cum hanc, & huius generis copiã tantã habeat Antonius, quod scelus omittet, cum Dolobella tantis se obstrixerit parricidiis, nequaquã pari latronũ manu, & copia? Qua propter ut inuitus sępe dissensi a. Q. Fusio, ita sum eius sententię libenter assensus. ex quo iudicare debetis me non cũ homine solere. sed cum causa dissidere. Itaqꝫ non assentior solum: sed etiam gratias ago. Q. Fusio. Dixit enim seueram grauem. r.p. dignam sententiam, iudicauit hostem Dolobellam. bona eius censuit publice possidenda. Quo cum addi nihil potuisset, quid enim atrocius potuit? quid seuerius decernere? Dixit tamẽ siquis eorum qui post se rogati essent grauiorẽ sentẽtiam dixisset, in eam se iterum: quam seueritatẽ quis potest nõ laudare? Num quoniam iudicatus est hostis Dolobella: bello est ꝑsequẽdus, neqꝫ enĩ quiescet. habet legionem. habet fugitiuos. habet sceleratum

alias Vidi

Trebellius iste dederat nouã tabulã ut se solueret ęre alieno

i caleno

Quintilianus li. viii memenit de hoc cymbro i epigrammate virgiliano

impiorum manum. Est ipse confidens: impotens gladiatorio generi mortis addictus. Quamobrẽ: qm cum Dolobella hesterno die hoste decreto bellum gerendum: est. Imp. e deligendus. due dictę sunt sen/tentię: quorũ neutram probo. Alterã / quia semper nisi cum est necesse: periculosam arbitror. Alteram quia aliena his temporibus existimo. Nam extra or/dinarium semper imperium populare / atq; uentosũ est minime uestrę grauitatis: minime huius ordinis Bello Anthiochi / magno / & graui / cum. L. Scipiõe P. F. obuenisset Asia: parumq; in eo putaretur esse animi: parum roboris: senatusq; ad Collegã eius. C. Lelium huius sapientis patrem negotium deferret: surrexit publi9 Aphricanus frater maior. L. Scipio/nis / & illam ignominiam familię deprecatus est: dixit q; & in fratre suo summam uirtutem esse: summum q; consilium: neq; se ei legatum id ętatis: hisq; rebus gestis defuturum. quod cum ab eo esset dictũ / nihil est de Scipionis prouincia cõmutatum. nec plus extra ordinarium imperium ad idem bellum que/situm: quam duobus antea maximis punicis bellis / quę ad. Cos. aut a dictatoribus gesta / & consumata sunt / aut quã Pyrrhi: quã Philippi / quã post Achaico bello: quam punico tertio: ad quod. p. r. ita ipse sibi delegit idoneum Ducem. P. Scipionem / ut eũ tamen bellum gerere consulẽ uellet. Cum Aristonico bellũ gerendũ fuit. L. Valerio. P. Scipione. Cos. rogatus populus quem id bellũ gerere placeret Crassus. Cos. Pontifex maximus Flacco collegę Flamini martiali mulctam dixit si Asia sacris discessisset. quã mulctã

po. Ro. remisit. Pontifici tamen Flaminem parere iussit. Sed ne tum quidem. p. r. ad priuatum detulit bellum. quanquam erat aphricanus qui anno antea: qui cum de Numantiniis triumphauerat longe omnes belli gloria & uirtutę superaret duas tantum tribus tulit. Itaq;. p. r. Consulę potius Crasso: quam priuato Aphricano bellum gerendū dedit. de. CN. Pompeii imperiis summi uiri atq; omnium principis. tr. pl. turbulenti tulerunt. Nam Sertorianum bellum a Senatu priuato datum est: quia. Coss. recusabant. Cum. L. Philippus proconsulem se eum mittere dixit non pro Consulib. Quę igitur hęc comitia aut quam ambitionem constantissimus & grauissimus Ciuis. L. Cęs. in Senatū introduxit: clarissimo uiro: atq; innocentissimo decreuit imperium. priuato tamen. in quo maximum nobis onus imposuit. Assensero? Ambitionem induxero in Curiam: negauero: suffragio meo tanquam comitiis homini honorem amicissimo denegauero. Quod si comitia placet in Senatu haberę: petamus. ambiamus. tabula modo noua detur nobis: sicut populo datum est. Cur comitiis Cęsar: ita ut aut pręstātissimus uir si tibi sit assensus repulsam tulisse uideatur. aut unusquisq; nostrum pręteritus si cum pari dignitate simus: eodem honore digni non putemur At enim nam id exaudio Cęsari adulescentulo extra imperium ordinarium mea sententia dedi. Ille enim mihi pręsidium extra ordinarium dederat. Cum dico mihi: Senatui dico. p. q;. r. a quo. r. p. pręsidium ne cogitatum quidem tantum haberet: ut

sine eo salua esse non posset, huic extra ordinarium imperium non darem? aut exercitus adimendus: aut imperium dandum fuit. Quę est enim ratio, aut quid potest fieri ut sine imperio teneatur exercitus? Non igitur quod ereptum non est, id existimandum esse datum. Eripuissetis. C. Cęsari. P. C. imperium, nisi dedissetis? Milites ueterani qui illius auctoritatem: imperium: nomen secuti pro. r. p. arma ceperant, uolebant sibi ab illo imperari. Legio Martia: & quarta ita se contulerat ad auctoritatem Senatus. p. q. r. dignitatem: ut eum deposceret Imperatorem, & Ducem. Imperium Cęsari belli necessitas: fasces Senatus dedit. ocioso uero nihil agenti priuato obsecro te. L. Cęsar: cum peritissimo homine mihi res est, quando imperium Senatus dedit? Sed de hoc quidem hactenus? ne refragari homini amicissimo: ac de me optime merito uidear. & si quis potest refragari: non modo non petenti: uerum etiam recusanti? Illa uero. P. C. aliena consulum dignitate: aliena temporum grauitate sententia. ut. Cos. Dolobellę persequendi causa Asiam: & Siriam sortiantur. Dicam cur inutile. r. p. sed prius quam turpe consulibus sit, uidete. Cum. Cos. designatus obsideatur: in eoque liberando salus sit posita. r. p. Cumque. r. p. pestiferi ciues: parricidęque desciuerunt. Cumque id bellum geramus: quo bello de dignitate, libertate, de uita decernamus, & si in potestatem quis Antonii uenerit proposita sunt tormenta: atque cruciatus, cumque earum rerum omnium decertatio. Coss. optimis

& fortissimis commissa | & commendata sit Asię | & Sirię mentio fiet : ut aut suspitioni crimen | aut inuidię materiam dedisse uideamur ? At uero ita decernunt | ut liberato Bruto (id enim restabat) ut relicto | omnino | deserto | prodito | Ego uero mentionem prouinciarum factam dico alienissimo tempore : quamuis enim intentus animus tuus sit . C . Pansa sicut est ad fortissimum Virum | & omnium clarissimum liberandum : tamen rerum natura coegit te necessario referre animum aliquando ad Dolobellam persequendum : & partem aliquam in Asiam | & Siriam diriuare curę | & cogitationis tuę . Si autem fieri posset : uel plures te animos habere uellem : quos omnes ad Mutinã intenderes . quod quoniã fieri non potest | istoc animo quem habes prestantissimum | atq; optimum nihil uolumus : nisi de Bruto cogitare : Facis tu id quidem | & eo maxime incumbis . duas tamen res magnas | presertim non modo agere uno tempore : sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest . Incitare | & ĩflammare tuum istud prestantissimum studium : non ad aliam ullam ex parte curam transferre debemus . Adde istuc sermones hominum Adde suspitiones . Adde inuidiam . Imitare me quem tu semper laudasti : qui instructam | ornatam q; a Senatu prouinciam deposui | Vt incendium patrię ommissa omni cogitatione | restinguerem Nemo erit preter unum me qui cum profecto si quid intereesse tua putasses pro summa familiaritate nostra cõmunicauisses qui credat te inuito ꝓuinciã

tibi esse decretam. Hanc queso pro tua singulari sapientia reprime famam: atque effice ne id quod non curas, cupere uideare: Quod quidem uehementius eo tibi laborandum est, quia in eandem cadere suspitionem Collega uir Clarissimus non potest: nihil horum scit. nihil suspicatur. bellum gerit. in acie stat. de sanguine, & de spiritu decertat. ante prouinciam sibi decretam audiet, quam potuerit tempus ei rei datum suspicari: uereor ne exercitus quoque nostri qui non delectus necessitate. sed uoluntariis studiis se ad. r. p. contulerunt, tardentur animis, si quicquam aliud nobis: nisi de instanti bello cogitatum putabunt. Quod si prouincie Coss. expetende uidentur: sicut sepe multis clarissimis uiris expetite: Reddite prius nobis Brutum lumē & decus Ciuitatis: qui ita conseruandus est, ut id signum: quod celo delapsum Veste custodiis continetur: quo saluo: salui sumus futuri. Hunc si uel in celum si fieri poterit: nostris humeris tollemus: prouincias certe dignissimas uobis deligemus. Nūc quod agitur, agamus. Agitur autem liberi ne uiuamus. an mortem obeamus? que certe seruituti anteponenda est. Quid si etiam affert tarditatem ista sententia ad Dolobellam persequendum? quando enim ueniet Consul? An id expectamus, quo ne uestigium quidem Asie ciuitatum: atque Vrbium relinquatur? At mittent aliquem de suo numero ualde mihi probari potest: qui paulo ante Clarissimo uiro priuato imperium extra ordinem non dedi. At hominem dignum mittent. num. P.

Seruilio digniorem? At quidem Ciuitas non habet quod ergo ipse nemini putat dandum, ne a Senatu quidem ego unus iudicio delatum comprobem? Expedito nobis homine, & parato .P. C. opus est: & eo qui imperium legitimum habeat: qui preterea auctoritatem: nomen: exercitum: perspectum animum in .r. p. liberanda? Quis igitur is est? aut M. Brutus aut. C. Cassius: aut uterque. Decernerem plane sicut multa Consulem alterum: ambos ue ni Brutum colligassemus in grecciam, & eius auxilium ad Italiam uergere: quam ad Asiam maluissemus non ut ex ea acie auxilium haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. Preterea. P. C. M. Brutum retinet etiam nunc. C. Antonius. qui tenet Appoloniam magnam Urbē & grauem. tenet opinor Bellidem. tenet amantiam instat Epiro: urget Oricum: habet aliquot cohortes: habet equitatum. hinc si Brutus erit traductus ad alium bellum, greciam certe ammiserimus. Est autem etiam de Brundusio, atque illa ora italie prouidendum: quanquam miror tam diu morari Antonium. solet enim accipere ipse manicas: nec diutius obsidionis metum substinere. quod si confecerit Brutus, & intellexerit plus se rei .pu. profuturum, si Dolobellam persequatur: quam si in grecia maneat, aget ipse per se, ut adhuc quoque fecit: neque in tot incendiis cum confestum succurrendum est, expectabit Senatum. Nam & Brutus, & Cassius multis iam in rebus ipse sibi Senatus fuit. Necesse est enim in tanta concursatione perturbationū rerum

temporibus potius parere: quam moribus. Nec enĩ nunc primum aut Brutus, aut Cassius Salutem libertatemq; patrię, legem sanctissimam, & morem optimum iudicauit: Itaq; si ad nos nihil referretur de Dolobella persequendo, tamen ego pro decreto putarẽ: cũ essent tales uirtute: auctoritate: nobilitate summi uiri: quorum alterius iam notus nobis est exercitus: alterius auditus. Non igitur Brutus expectauit decreta nostra cum studia nosset: Neq; enim est in prouinciam suam Cretam profectus. In macedoniam alienam aduolauit. omnia sua putauit quę uos uestra esse uelletis. Legiones conscripsit nouas: excepit ueteres: equitatum ad se adduxit Dolobellę: atq; eum non dum parricidio oblitum hostem sua sententia iudicauit. Nam ni ita esset. quo iure equitatũ a Consule abduceret? Quid C. Cassius pari magnitudine animi, & consilii preditus: nonne eo ex italia consilio profectus est ut prohiberet Syria Dolobellam? qua lege? quo iure eo quod Iupiter ipse sanxit: ut omnia que. R. P. salutaria essent legitima, & iusta haberentur Est enim lex nihil aliud: nisi recta, & a numine deorum tracta ratio, imperans honesta: prohibens contraria. Huic igitur legi paruit Cassius: Cum est in Syriam profectus alienam prouinciam: si homines legibus scriptis uterentur. His uero oppressis, sua lege naturę. Sed ut ex uestra quoq; auctoritate firmetur censeo Cum. P. Dolobella quiq; eius crudelissimi, & teterrimi facinoris ministri socii ad

iutores fuerunt Hostes. p. r. a Senatu iudicati sint Cumq; Senatus. P. Dolobellam bello persequendum censuerit. ut is qui omnia deorum hominumq; iura nouo: inaudito: & inexpiabili scelere polluerat, nefarioq; patrię se parricidio obstrinxerat, poenas diis: hominibusq; meritas, debitasq; persoluat: Senatui placere. C. Cassium procos. prouinciam Syriam obtinere. ut que qui eam optimo iure prouinciam obtinuerit, eum a. Q. Martio Crispo. procos. L. Scauro. procos. A. Proleono legato exercitus accipere. eosq; ei tradere: Cumq; his copiis: & si quas preterea parauerit bello P. Dolobellam terra: mariq; persequi. Eius belli gerendi causa quibus ei uideatur naues, nautas pecunias: cetęraq; quę ad bellum gerendum pertineant: ut imparandi in Syria: Asia: Bitunia: Ponto, ius, potestatemq; habeat. ut que quancumq; in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit ibi maius imperium. C. Cassiū. procos. sit, quam eius erit: qui eam prouinciam obtinebit. Cum C. Cassius. procos. in eam prouinciam uenerit Regem Deiotarum patrem, & Regem Deiotarum filium: si ut multis bellis sepe numero imperium. p. r. iuuerint: Item. C. Cassium proconsulem. copiis suis, operibusq; iuuissent: Senatui. p. q. r. gratum esse facturos. Item si Ceteri Reges: Terrarche: Dinastęq; fecissent Senatum populumq; Romanum eorū officii nō immemorē

futurum

futur: utque C. Pansa. A. hyrcius consules: Alter amboue si eis uideret. R. P. recuperata de prouinciis consularibus pretoriis ad hunc ordinem primo quoque tempore ferant: Interea prouincie ab his quibus obtineantur obtineant quo ad cuique ex. S. C. successum sit: Hoc. S. C. ardentem inflammabitis & armatum armabitis Cassium: Nec enim animum eius potestis ignorare: nec copias: Animus ipse quem uidetis: copie quas uidistis: fortes & constantes uiri: qui ne uiuo quidem Trebonio Dolobelle latrocinium penetrare siuissent: Allienus familiaris & necessarius meus post interitum Trebonii profectus: ne dici quidem se legatum Dolobelle uolet: Estque Cecilii Bassi priuati illius quidem: sed fortis & preclari uiri robustus & uictor exercitus: Deiotari Regis & patris & filii & magnus & nostro more institutus exercitus: summa in filio spes: summa ingenii indoles: summaque uirtus: Quid dicam de patre cuius beniuolentia. P. R. est ipsius equalis etati: qui non solum socius imperatorum nostrorum fuit in bellis: sed etiam dux copiarum suarum: Que de illo uiro Sylla que Murena que Seruilius que Lucullus quam honorate quam honorifice quam grauiter sepe in senatu predicauerunt: Quid de GN. Pompeio loquar: qui unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum uereque beniuolum unum fidelem. P. R. iudicauit: fuimus nuper ego & M. Bibulus in propinquis finitimisque prouinciis ab eodem Rege adiuti sumus & equitatu & pedestribus copiis: secutum est hoc acerbissimum & calamitosissimum ciuile bellum: in quo quid faciendum Deiotaro? Quid omnino rectius fuerit dicere non est necesse: presertim cum contra ac Deiotarus sensit:

Victoria belli iudicauerit: quo in bello si fuit error: communis eius fuit cum senatu: In recta sententia ne uicta quidem causa uituperanda est. Ad has copias accedent alii Reges: etiam delectus accedent: Neque uero classes deerunt: tanti tyrii cassium faciunt: tantu eius in Syria nomen, atque foenicia est: Paratum habet nuper. C. Cassium. P. C. R. P. contra Dolobellam: nec paratum solum: sed pitum, atque fortem: magnas ille res gessit ante Bibuli summi uiri aduentum: Cum parthorum nobilissimos duces: magnas copias fudit: Syriamque immani parthorum impetu liberauit: maximam eius, & singularem laudem ptermitto: cuius enim prędicatio non dum omnibus grata est: Hanc memorię potius: quam uocis testimonio conseruemus: Animaduerti. P. C. exornari etiam nimium a me Brutum nimium Cassium ornari: Cassio uero sententia mea dominatum, & principatum dari: Quos ego orno? nempe eos qui ipsi sunt ornamenta. R. P. Quid. D. Brutum? non ne omnibus sententiis semper ornaui? num igitur reprehenditis? An Antonios potius ornarem non modo suarum familiarum: sed P. R. nominis probra, atque dedecora? An Censorinum ornem in bello hostem, in pace sectorem? an cętera ex eodem latrocinio naufragia colligam? Ego uero istos ocii: concordię: legum: iudiciorum: libertatis inimicos tantum abest ut ornem, ut effici non possit quin eos tam oderim: quam. R. P. diligo: Vide inquit ne ueteranos offendas: hoc enim uel maxime exaudio: Ego autem ueteranos tueri debeo: sed hos quibus sanitas est certe timere non debeo: Eos uero ueteranos: qui pro. R. P. arma ceperunt: secutique sunt. C. Cęsarem auctoritate beneficiorum paternorum

hodieq; . R . P . defendunt cum magno periculo nō tueri solum : sed etiam augere cōmodis debeo . Qui autem quiescūt/ut vii . & viii . legio in magna gloria/ & laude ponendos puto: Comites uero Antonii qui postq̄ beneficia Cęsaris comederunt/Consulem designatum obsederūt: Huic Vrbi ferro/ igniq; minitant̄ : saxę se/ &Caphoni tradiderunt ad facinus/ prędamq; natis : num quis est qui tuendos putet? Ergo aut boni sunt : quos etiam ornare/ aut quieti : quos conseruare debemus/ aut impii quoq; contra furorem : quorum/ & bellum iusta arma suscepim9: quorum igitur ueteranorum animos ne offendam9 uereamur? eorum ne qui Brutum obsidione cupiunt liberare? Quibus cum Bruti salus cara sit : qui possunt Cassii nomen odisse? An eorum qui utrisq; armis uacant? non uereor ne acerbus Ciuis quisquam istorum sit : qui ocio delectantur : Tercio uero generi non militum ueteranorum : sed importunissimorum hostium cupio q̄ acerbissimum dolorem inurere : quanq̄ . P . C . quousq; dicemus sententias ueteranorum arbitratu : quod eorum tantum fastidium est : quę tanta arrogantia : ut ad arbitrium eorum Imperatores etiam deligamus? Ego autem: (dicendum est enim . P . C . quod sentio): non tam ueteranos intuendos nobis arbitror : q̄ quid tyrones milites : flos Italię : quid nouę legiones ad liberandum patriam patissime . quid cuncta Italia de uestra grauitate sentiat : nihil enim semper floret : ętas succedet ętati : diu legiones Cęsaris uiguerunt : nunc uigent Pansę: uigent Hyrcii: uigent Cęs. filii : uigēt Planci : uincunt numero : uincunt ętatibus : nimirum etiam auctoritate uincunt : Id enim bellum

gerunt : quod gentibus ab omnibus probatur : Itaque iis premia promissa sunt : illis persoluta : fruantur illis, uel persoluantur his : que spopondimus : Id enim deos immortales spero equissimum iudicare : que cum ita sint eam quam dixi sententiam uobis P. C. censeo comprobandam.

ETSI MINIME DECERE VIdetur. P. C. falli: decipi: errare eum cui uos maximis sepe de rebus assentiamini, consolor me tamen: quoniam uobiscum pariter, & una cum sapientissimo Cons. erraui : nam cum duo Consulares spem honeste pacis nobis attulissent: quod erant familiares. M. Antonii : quod domestici nosse aliquod eius uulnus; quod nobis ignotum esset uidebantur : Apud alterum uxor: liberi; alter quotidie litteras mittere : accipere; aperte fauere Antonio : Hi subito hortari ad pacem : quod iam diu non fecissent : non sine causa uidebantur : Accessit Cos. hortator : at quis Cos. ! si prudentiam queri mus : qui minime falli posset : si uirtutem : qui nullam pacem probaret : nisi Antonio cedente, atque uicto : si magnitudinem animi : qui preferret morte seruituti. Vos autem. P. C. non iam immemores uestrorum grauissimorum decretorum uidebamini quia spe allata est deditionis quam amici pacem appellant de Calenis de imponendis : non de accipiendis legibus cogitare: Auxerat autem meam quidem spem credo : item uestram quod domum Antonii afflictam moestitia audiebam : lamentari uxorem : hinc etiam fautores Antonii :

quorum in uultu habitant oculi mei: tristiores ui-
debam: quod si nō ita est: cur a Pisone & a Caleno
potissimum: cur hoc tempore? cur tam improuiso?
cur tam repente pacis est facta mentio? Negat Piso
se scire: negat audire quicquā: negat Calenus rem
ullam nouam allatam esse: atq; id nunc negant:
postea q̄ nos pacificatoria legatione implicatos pu-
tant: Quid ergo opus est nouo consilio: si in re
nihil omnino noui est? Decepti inquam sumus. P.
C. Antonii est acta causa ab amicis ei9 nō publica:
quod uidebam equidem: sed quasi per caliginem
perstrinxerat aciem animi Bruti salus: Quod si in
bello dari uicarii solerent: libenter me ut. D. Bru-
tus emitteret: pro illo includi paterer: atq; hac uoce
Q. Fusii capti sumus: ne si a mutina quidem reces-
serit: audiemus Antonium: nisi in senatus quidem
potestate futurum se dixerit durum uidebatur: itaq;
fracti sumus: Cessimus: recedit igitur a mutina: ne-
scio: paret senatui: Credo inquit Calenus: sed ita
ut teneat dignitatem: Valde Hercules uobis labo-
rādum est. P. C. ut uestram dignitatem amictatis
quę maxīa est. Antonii quę neq; est ulla: neq; esse
potest: retineatis: ut eam per uos recuperet: quam
per se perdidit: Si iacens id nobiscum ageret audi-
rem fortasse: quanq̄: sed hoc malo dicere audirem:
statim resistendum est: aut concedenda una cum
dignitate libertas: At non est integrum: constituta
legatio: Quid autem integrum non est sapienti
quod restitui potest? Cuiusuis est hominis errare.
nullius nisi insipientis perseuerare in errore: poste-
riores enim cogitationes (ut aiunt) sapiētiores solent
esse: Discussa est illa caligo: quam paulo ante dixi:

diluxit, patet, uidemus omnia: neq; per nos solum: sed admonemur a nostris: attendistis paulo ante prestantissimi uiri que esset oratio: moestam inquit domum offendi: coniugē: liberos: admirabantur boni uiri: accusabant amici quod spe pacis legationem suscepissem? Nec mirum. P. Seruili: tuis enī uerissimis, grauissimisq; sententiis omni est non dico dignitate: sed etiam spe salutis spoliatus Antonius: Ad eum ire te legatum quis non miraretur? de me experior: Cuius idem consilium: quod tuum sentio q̄ reprehendatur: nos reprehendimur soli: Quid uir fortissimus Pansa sine causa paulo ante: tamen accurate locutus est: tam diu: Quid egit nisi uti falsam proditiōis a se suspitionem depelleret? Vnde autem est ista suspitio? ex pacis patrocinio repentino: quod subito suscepit eodem captus errore, quo uos: Quod si est erratum. P. C. spe falsa, atq; fallaci: redeamus in uiam: Optimus est portus penitenti mutatio cōsilii: Quid enim per deos immortales potest. R. P. prodesse nostra legatio? prodesse dico: quod si etiam obfutura est? offutura: quid si etiam nocuit? An uos acerrimam illam, & fortissimam. P. R. libertatis recuperande cupiditatem: non imminutā: ac debilitatam putatis legatione pacis audita? Quid municipia censetis? qui colonias: quid cunctam Italiam futuram eodem studio quo contra cōmune incendium exarserat? An non putamus fore ut eos peniteat professos esse, & prese tulisse odium in Antonium: qui pecunias polliciti sunt: qui arma: qui se totos, & animis, & corporibus in salutem. R. P. contulerunt? Quemadmodum uestrum consilium hoc capua probabit: que temporibus his Roma

altera est: Illa impios ciues iudicauit: eiecit: exclu/
sit: illi inquam Vrbi fortissime conanti e manibus
est ereptus Antonius: qui legionum nostrarum
neruos non ne his consiliis incidimus? Quis est enī
qui ad bellum inflammato animo futurus sit spe
pacis oblata? Ipsa illa martia celestis | & diuina le/
gio: hoc nuncio languescet | & mollietur: atq illud
pulcherrimum nomen martium ammittet: excident
gladii: fluent arma de manibus: senatum enim se/
cuta non arbitrabitur se grauiori odio debere esse in
Antonium: q̃ senatum: pudet huius legionis | pudet
quarte: que pari uirtute nostram auctoritatem pro/
bans non ut Col. & nuper suum: sed hostem | &
oppugnatorem patrie reliquit Antoniū. pudet opti/
mi exercitus: qui coniunctus est ex duobus: qui
iam lustratus: qui profectus ad mutinam est: qui
si pacis: idest timoris nostri nomen audiuerit: ut nō
referat pedem: insistet certe? Quis enim reuocante |
& cōceptui canente senatu properet dimicare? Quid
autem hoc iniustius? q̃ nos insciētibus his qui bel/
lum gerunt | de pace decernere? nec solum inscien/
tibus sed etiam inuitis: An uos. A. hircium pre/
clarissimum consulem. C. Cesarem deorum bene/
ficio natum ad hec tempora: quorum epistolas spē
uictorie declarantes in manu teneo | pacem uelle
censetis? Vincere illi expetunt | pacisq dulcissimum
& pulcherrimum nomen: nō pactione: sed uictoria
concupierunt: Quid Galliam. quo tandem animo
hanc rem audituram putatis? illa enim huius belli
propulsandi: administrādi: sustinendi principatum
tenet Gallia. D. Bruti nutum ipsum: ne dicam
imperium secuta armis: uiris: pecunia belli principia

firmauit: eadem crudelitati . M . Antonii suum to-
tum corpus obiecit : exhauritur: uastatur : uritur om-
nis ęquo animo belli patitur iniuriam : dummodo
repellat periculum seruitutis : Et ut ommittam re-
liquas partes Gallię : nam sunt omnes pares : Pa-
tauini alios excluserunt : alios eiecerunt missos ab
Antonio pecunia militibus | & quod maximum est
armis nostros duces adiuuerunt : fecerunt idem re-
liqui : qui quondam in eadem causa erant | & prop-
ter multorum annorum iniurias alienati a senatu
putabantur : quos minime mirum est cōmunicata
cum his . R . P . fideles esse : qui etiam expertes eius
fidem suam semper pręstiterunt: His igitur omnibus
uictoriam sperantibus pacis nomē afferemus ? idest
desperationem uictorię ? Quid si nō potest quidem
ulla esse pax ? quę enim est conditio pacis in qua ei
cum quo pacem facis nihil concedi potest ? Multis
rebus a nobis est inuitatus ad pacem Antonius :
bellum tamen maluit: Missi legati repugnante me:
sed tamen missi: delata mandata: non paruit denun-
ciatum est ne Brutum obsideret a mutina discederet
oppugnauit etiam uehementius : & ad eum legatos
de pace mittemus ? qui pacis nuncios repudiauit :
uerecundiorem ne coram putamus in postulando
fore: q̄ fuerit tum cum misit ad mandata Senatum:
Atq; cum ea petebat: quę uidebantur improba om-
nino : sed tamen aliquo modo posse concedi non
dum erat uestris tam grauissimis : tanq̄ multis iu-
diciis : ignominiisq; concisus : Nunc ea petit : quę
dare nullo modo possumus ; nisi prius uolum9 nos
bello uictos confiteri . S . C . falso delata ab eo iudi-
camus . Num ea uera possumus iudicare ? leges

statuimus per uim & contra auspicia latas: iisque nec populum: nec plebem teneri: Num eas restitui posse censetis? Sextertium septies milies auertisse Antoniũ pecuniȩ publicȩ iudicauistis: Num fraude potuerit carere peculatus: immunitates ab eo: ciuitates sacerdotia: regna uenierunt: Num figent̃ rursus hȩ tabulȩ: quas uos decretis uestris refixistis? Quod si ea: quȩ decreuimus obruere uolumus: num etiam memoriam rerum delere possumus? Quando eius obliuiscetur ulla posteritas? cuius scelere in hac uestitus foeditate fuerimus: ut Centurionum legiõis martiȩ brundusii profusus sanguis eluatur: Num elui prȩdicatio crudelitatis poterit? Vt media prȩteream: quȩ uetustas tollet operum circa mutinam tetra monumẽta? sceleris indicia? latrociniique uestigia? Huic igiť importuno atque impuro parricidȩ: quid habemus per deos immortales quod remittamus: An Galliam ultimam & exercitum? quid est aliud q̃ non pacem facere: sed differre bellum? nec solum prorogare bellum: sed concedere etiam uictoriam: An ille non uicerit si quacunque conditione in hanc Vrbem cum suis armis uenerit: Nunc omnia tenemus: auctoritate ualemus plurimum: absunt tot perditi ciues nefarium secuti ducem: tamen eorum ora sermones: qui in Vrbe ex eo numero relicti sunt ferre nõ possumus: Quid censetis cum tot uno tempore irruperint? nos arma posuerimus: illi non deposuerint: non ne uos uestris consiliis uictos in perpetuum fore? Ponite ante oculos. M. Antonium Consularem sperantem consulatum. L. adiungite:



supplete cęteros: neq; nostri ordinis solum honores | & imperia meditantes: nolite ne tyrones quidem nummisios | & mustelas socios ue contemnere: cū his facta pax non erit: pax: sed pactio seruitutis. L. Pisonis amplissimi uiri pręclara uox: a te nō solū in hoc ordīe Pansa: sed etiā ī otiōe iure laudata ē: excessurum se ex Italia dixit deos penates | & sedes patrias relicturum: si (qđ dii omen auertātent) R. P. oppressisset Antonius: Quero igitur a te Piso non ut oppressam. R. P. putes: si tot: tam impii: tam audaces: tam facinorosi recepti sint: quos non dum tantis parricidiis contaminatos uix ferebamus: hos nunc omni scelere coopertos: tollerabiles censes Ciuitati fore? Aut isto tuo: mihi crede: consilio erit utendum: ut cedamus: abeamus: uitam inopem | & uagam prosequamur: aut ceruices latronibus dandę: atq; in patria cadendum est: Ubi sunt. C. Pansa illę cohortationes pulcherrimę tuę: quibus a te excitatus Senatus inflammatus. P. R. non solum audiuit: sed etiam didicit: nihil esse homini. R. foedius seruitute: Id circo ne saga sumpserum: arma cepimus: iuuentutem omnem ex tota Italia exciuimus: ut de exercitu florentissimo | & maximo legati ad pacem mitterētur? si accipiendam: cur non rogamur? si postulandam: quid timemus? in hac ego legatione sim: aut ad id consilium admiscear: in quo ne dissensero quidem a cęteris sciturus. P. R. sit: ita fiet ut si quid remissum | aut concessum sit in eo semper periculo peccet Antonius: cum ei peccandum potestas a me concessa uideatur: Quod si

habenda cum Antonii latrocinio pacis ratio fuit: mea tamen persona ad istam pacem conciliandam minime fuit deligenda: Ego nunq̄ legatos mittendos censui: Ego ante legatorum reditum ausꝰ sum dicere: pacem ipsam si afferrent: quoniam sub nomine pacis bellum lateret: repudiandam: Ego prīceps sagorum: ego semper illum hostem appellaui: cum alii aduersarium semper hoc bellum: cum alii tumultum: nec hęc in Senatu solum: eadem ad populum semper egi: nec solum in ipsos: sed in eius socios facinorum ministros, & pręsentes, & eos qui una sunt in totam deniq̄. M. Antonii domum sum semper inuectus: Itaq̄ ut alacres, & leti spe pacis oblata īter se impii Ciues quasi uicissent: gratulabantur: Sic me iniquum eierabant: de me querebantur: Diffidebant etiam Seruilio: meminerant eius sententiis confixum Antonium. L. Cęsarem fortem quidem: illum constantem Senatorem auūculum tamen Calenum procuratorem: Pisonem familiarem: te ipsum Pansa uehementissimum, & fortissimum Cos. factum iam putant leniorem: non quo ita sit, aut esse possit: sed mentio facta ante pacis: suspitionem multis attulit immutatę uoluntatis: Inter has personas me interiectum amici Antonii moleste ferunt: quibus gerendus mos est: quoniam liberales esse cepimus: proficiscantur legati optimis hominibus: sed ii proficiscantur in quibus nō offendatur Antonius: Quod si de Antonio non laboratis: mihi certe. P.C. consulere debetis: Parcite oculis saltem meis, & aliquam

ueniam iusto dolori date: Quo enim aspectu uidere potero | mitto hostem patrię: ex quo mihi odium in illum commune uobiscum est: Quomodo aspiciam mihi uni crudelissimum hostem ! ut declarant de me eius acerbissimę contiones: adeo ne me ferreum putatis: ut cum eo congredi | aut illum aspicere possim: qui nuper cum in cōtione donaret eos: qui ei de parricidis audacissimi uidebantur: mea bona donare se dixit Petissio urbinati qui ex naufragio luculenti patrimonii ad hęc Antoniana saxa proiect9 est: An. L. Antonium aspicere potero: cuius ego crudelitatem effugere non potuissem: nisi me męnibus | & portis | & studio municipii mei defendissem ! Atq; idem hic Mirmillo asiaticus latro Italię Collega Lentonis | & Nuculę cum aquilę primipili nummos aureos daret: de meis bonis se dare dixit: Si enim de suis dixisset: nec aquilam quidem credituram putauit: Non ferent inquam oculi Saxam Caphonem: non duos. pr. non. tr. pl. non duos designatos Tribunos: nō Bestiam: non trebellium: non Plancum: non possem animo ęquo uidere: tot tam importunos: tam sceleratos hostes: nec id fit fastidio meo: sed charitate. R. P. Sed unicum animum: mihiq; imperabo dolorem iustissimum non potuero frangere | occultabo: Quid uitę censetis ne P. C. habendam mihi aliquam esse rationem ! quę mihi quidem minimę chara est: Presertī cum Dolobella fecerit: ut optanda mors esset: modo sine cruciatu | atq; tormentis: uobis tamen | & populo nilis esse spiritus meus non debet: Is enī sum: nisi

forte me fallo: qui uigiliis: curis: sentẽtiis: periculis: etiam quę plurima adii propter acerbissimum omnium in me odium impiorum perfecerim: ut non obstaret. R. P. ne quid arrogantius uidear dicere: Quod cum ita sit: nihil ne mihi de periculo meo cogitandum putatis? hic cum in Vrbe essem, ac domi: tamen multa sępe temptata sunt: ubi non solum amicorum fidelitas: sed etiam uniuersę Ciuitatis oculi custodiunt. Quid censetis cum iter ingressus ero: longum presertim: nullas ne insidias pertimescẽdas? tres uię sunt ad mutinam, quo festinat animus: ut q̃ primum illud pignus libertatis P. R. D. Brutum aspicere possim: Cuius in complexu libenter extremum uitę spiritum ediderim: cum omnes actiones horum mensuum omnes sententię meę peruenerint ad eum exitum: qui mihi fuit propositus. Tres ergo ut dixi uię a supero mari Flaminia: ab infero Aurelia: media Cassia. Nunc quęso attendite: Num aberret a coniectura suspitio periculi mei: Etruriam discriminat Cassia: Scimus ne igitur Pansa quibus nunc in locis sit Lentonis Cesenii septemuiralis auctoritas? uobiscum nec animo certe est: nec corpore: si autem, aut domi est, aut non longe a domo: certe in Etruria est: idest in uia: Quis igitur mihi prestat Lentonem uno capite esse contentum? Dic mihi preterea Pansa Ventidius ubi sit? cui fui semper amicus anteq̃ ille. R. P. bonisq; omnibus tamen aperte factus inimicus: Possum Cassiam uitare: tenere flaminiam? Quid si Anconam: ut dicitur Ventidius uenerit? Potero ne

Ariminum tuto accedere? restat Aurelia: Hic quidem etiam pręsidia habeo: possessiones enim sunt P. Clodii: tota familia occurret: hospitio inuitabit propter familiaritatem notissimam: Hisce egomet uiis committam: qui terminalibus insuper in suburbium: ut eodem die reuerterer: ire non sum ausus: Domesticis me parietibus uix tueor: sine amicorum custodiis: Itaq; ĩ Vrbe: si sic licebit: manebo. Hęc mea sedes est: hęc uigilia: hęc custodia: hoc pręsidium statuimus: Teneant alii castra: regna: res bellicas: oderint hostem: Nos ut diximus, semperq; fecimus: Vrbem, & res urbanas uobiscum pariter tuebimur: Neq; uero recuso munus hoc: quanq̃. P. R. uideo pro me recusare: Nemo minus timidus: nemo cautior res declarat: Vigesimus annus est cum omnes scelerati me unum petunt: Itaq; me ipsum ne dicam mihi. R. P. conseruauit sibi: Tum de hoc dicam: scio enĩ quiduis homini accidere posse: Verumtamen semel circumfessus lectis ualentissimorum hominum uiribꝰ cecidi: sciens ut honestissime surgere possem: Possum ne igitur satis uideri cautus: satis prouidus si me huic itineri: tam infesto, tanq; periculoso commisero? gloriam in morte debent hi: qui in. R. P. uersantur: non culpę reprehensionem, & stultitię uituperationem relinquere. Quis bonus non luget mortem Trebonii? Quis nõ debet interitum talis & Ciuis, & uiri? At sunt qui dicant: dure ille quidem: sed tamẽ dicunt minus dolendum: quod ab homine impuro, nefarioq; non cauerit: Etenim qui multorum custodem &

profiteat̃: eum ſapiẽtes sui p̃mũ capitis aiũt custodẽ esse oportere: Cũ sept9 sis legibus | & iudicioꝝ me/tu: non sunt omnia timenda: neq̨ ad om̃es insidias pręsidia querenda: Quis enim audeat luci: quis in militari uia: quis bene comitatum: quis illustrem aggredi: Hęc neq̨ hoc tempore: neq̨ in me ualent: non modo enim poenam non extimescit: qui mihi uim attulerit: sed etiam gloriam sperabit a latronũ gregibus | & pręmia: Hęc ego in Vrbe pręuideo: facilis ẽ circũspect9 ũde exeã: quo progrediar: quid ad dextrã: q̃d ad sinistram sit: Num id in appẽnini tramitib9 potero facere: in quibus etiam si non erũt insidię: quę facillime esse poterunt: animus tamen erit sollicitus: ut nihil possit de officiis legationis at/tendere: sed effugi insidias: perrupi appenninum: Nẽpe in Antonii congressum | colloquiumq̨ ueni/endum ẽ: qui nam locus capietur: & si extra castra cęteri uiderit: ego mortẽ attutũ futurã puto: Noui hominis furorem: noui effrenatã uiolentiam: cui9 acerbitas morum | immanitasq̨ naturę ne unio qui/dem permixta temperari solet: hic ira | dementiaq̨ inflammatus: adhibito fratre. L. teterrima bellua nunq̃ profecto a me sacrilegas manus | atq̨ impias abstinebit: Memini colloquia | & cum acerrimis hostibus | & cum grauissime dissentientib9 Ciuibus CN. Pompeius Sexti Filius Cos. me pręsente: cũ essem Tyro in eius exercitu cum. P. Vectio Scato/ne duce Marsorum inter bina castra collocutus est: Quod quidem memini. Sex. Pompeium Fratrem Consulis ad colloquium Roma uenire doctum ui/rum | atq̨ sapientem: quem scato cum salutasset: quem te appellem inquit: At ille uoluntate hospitẽ:

necessitate hostem: Erat in illo colloquio ęquitas: nullus timor: nulla suberat suspitio: mediocre etiã odium: Non enim ut eriperent nobis socii Ciuitatẽ: sed ut in eam reciperentur, petebant: Sylla cum Scipione inter Cales, & Teanum: cum alter nobilitatis florem: alter belli socios adhibuisset: de auctoritate senat9: de suffragiis populi, & de iure ciuitatis: legis inter se conditiones ↄtulerunt: nõ tenuit omino colloquium illud fidem: a ui tamẽ, periculoq; abfuit: Possum9 igit᷑ in Antonii latrocinio ęque esse: ut si hic nõ possum9, aut si cęteri possunt: me posse diffido: quod si nõ extra castra ↄgrediemur: quę ad colloquiũ castra sument᷑: in nr̃a ille nunq̃ ueniet: nr̃o ming9 nos ĩ illi9: Reliquũ est: ut accipiant᷑, & remittant᷑ postulata p lr̃as: Ergo erim9 in castris: mea ad omia postulata una sñia: quã cũ hic nobis audientib9 dixero: isse, & redisse me putatote: Legationẽ ↄfero: omia ad Senatũ mea sñia reiciã quęcũq; postulauit Antonius: Neq; enĩ licet aliter: neq; permissum est nobis ab hoc ordine: ut bellis ↄfectis decẽ legati pmitti solẽt more maioꝶ: Neq; ulla omino a Senatu mandata accepim9: quęcũq; agam in ↄsilio nõ nullis repugnãtib9 ut arbitror: nõ ne metuendum est! ne imperita militũ multitudo p me pacẽ destineri putet: Facite hoc meũ ↄsiliũ, legiones nouas non ĩprobare: nã Martiã, & Quartã nil cogitetis: pter dignitatẽ, & dec9 pbaturas esse. Certe scio, q̃ Veteranos nõ ueremur: nã timeri se ne ĩpi qdẽ uolũt: sed quonã m̃ accipiẽt seueritatẽ meã: M̃lta enĩ falsa de me audierũt: m̃lta ad eos ĩpbi detulerũt: quoꝶ ↄmoda: ut uos optimi testes estis: semper sñia, auctoritate, orõe firmaui: sed credũt ĩpbis: credunt turbulẽtis:

Credunt

credunt suis. Sunt aūt fortes illi quidem: sed ꝓpter memoriā rerum quas gesserūt pro. r. p. libertate, & dignitate. R. P. nimis feroces: & ad suam uim omnia nostra consilia reuocantes. horū ego cogitationes non uereor: impetū pertimesco. Hęc quoq; pericula tanta si effugero satis ne tutum reditum putatis fore? Cum enī & nostra auctoritate, & meo me more defendero, & meam fidem. R. P. constantiamq; pręstitero: tum erūt mihi non ii solum qui me oderunt: Sed illi etiā qui inuident extimescendi. Custodiatur igitur mea uita. R. P. eaq; quoad uel dignitas, uel natura patietur, patrię reseruetur: mors autem necessitatem habeat: aut si oppetenda mors est, oppetatur cum gloria. Hęc cum ita sint, & si hanc legationem. R. P. (ut leuissime dicam) non desiderat: tamen si tuto licebit ire: proficiscar oīno. P. C. totū huiusce rei consilium non periculo meo: sed utilitate. R. P. metiar: de qua mihi quoniam liberum est spatium: multum etiam: atq; etiā considerandum puto. Idq; potissimum faciendum. q maximo interesse. R. P. iudicauero.

IN PRIncipio Huius BELLI. P. C. QVOD CVM IMpiis Ciuibus: sceleratisq; suscepimus: Timui ne conditio insidiosa pacis libertatis recuperandę studia restingueret. Dulce enim nomen est pacis: res uero ipsa cū iocunda: tum salutaris: Nam nec priuatos focos: nec publicas leges: nec libertatis iura cara habere potest: quem discordię: quē cędes Ciuiū: quē bellū Ciuile delectat: eumq; ex numero

hominum eiiciendum ex finibus huius: ne naturę exterminandũ puto. Itaq; siue Sylla: siue Marius: siue uterq;: siue Octauius: siue Cinna: siue iterum Sylla: siue alter Marius: & Carbo: siue quis alius Ciuile bellum optauit: eum detestabilem Ciuem. R. P. natũ iudico. Nam quid ego de pximo dicã, cuius acta defendimus: cũ actorẽ ipsum iure cęsum fateamur. Nihil igit̃ hoc Ciue: hoc homĩe teetius: si aut Ciuis: aut homo habendus est: q Ciuile bellum cõcupiscit. Sed hoc primũ uidendũ est. P. C. cum omibus ne pax esse possit: an sit aliquod bellũ expiabile in quo pactio pacis lex sit seruituris. Pacẽ cum Scipione Sylla faciebat. non erat desperandũ si cõuenissent forte aliquẽ tollerabilẽ statũ ciuitatis. Cinna si concordiã cũ Octauio cõfirmare uoluisset: hominum in. R. P. sanitas remanere potuisset. Proximo bello si aliquid de sũma grauitate Pompeius: multũ de cupiditate Cęsar dimisisset: & pacẽ stabilẽ, & aliquã Rem. pu. nobis habere licuisset. Hoc uero quod est cum Antoniis pax esse cũ Censorino. Ventidio. Trebellio. Bestia. Nucula. Numatio. Lentone. Saxa. Exempli causa paucos nominaui. genus infinitũ: imanitatemq; ipsi cernitis reliquorum. addite illa naufragia Cęsaris amicorũ: Barbas: Cassios: Barbatios: Polliones. Addite Antonii collusores, & sodales Eutrapilum. Melã. Celium. Pontũ. Crasicium. Tironem. Mustelã. Petusiũ. Comitatum relinquo. duces nomino. huc accedũt alaudę: cęteriq; ueterani: seminarũ iudicũ tertię decurię: qui suis rebus exaustis: bñficiis Cęsaris deuoratis, fortunas nr̃as concupierũt. O fidã dexterã Antonii: qua ille plimos ciues trucidauit.

O ratum: religiosumq́ foedus quod cum Antonio fecerimus: hoc si uiolare conabit͛. Lucij eũ sanctitatis a scelere reuocabit? Illis locus si in hac Vrbe fuerit: Vrbi ipsi locus non erit. Ora uobis eorum ponite. P. C. ante oculos, & maxime Antoniorum incessum: aspectũ, uultum, spiritum latera tegentes sequentes alios, alios pręgredientes amicos: quam uini anhelitus? quas contumelias fore censetis? minasq́ uerborũ? nisi forte eos pax ipsa leniet: maximeq́ cũ in hunc ordinẽ uenerit, salutabũt benigne: comiter appellabunt unũquenq́ uestrum. Non recordamini per deos immortales, quas in eos sñias dixeritis? Acta Antonii rescidistis, leges refixistis: per uim: & contra auspicia latas decreuistis, totius Italię delectum excitastis: Collegã, & sociũ scelerum omniũ hostẽ iudicauistis, cũ hoc quę pax esse põt? Si esset externus hostis: tamen id ipsũ uix talibus factis posset aliquo modo. Sed si maria: montes: regionum magnitudines interessent: odisses eũ quẽ non uideres: ii in oculis herebũt. & cum licebit in faucibus: quibus enim septis tam ĩmanes belluas cõtinebimus? At incertus exitus belli est, omnino fortiũ uirorũ: quales uos esse debetis uirtute pstare: tantũ, ut possint fortunę culpam non extimescere. Sed quoniã ab hoc ordine non fortitudo solũ: uerũ etiã sapientia postulatur? quanq̃ uidentur hęc non posse seiungi: seiungamus tamen? fortitudo dimicare iubet. Iustum odiũ incendit: ad confligendũ impellit: uocat ad periculum: quid sapientia? cautionibus utitur consiliis: imposterum prouidet: est omi ratione protectior: Quid igit͛ censet? parendũ est eni: atq́ id optimũ iudicãdũ: qδ sit sapiẽtissime

constitutum: si hoc pręcipit: nequid uita ęstimem
antiquius: ne decernã capitis periculo: fugiã omne
discrimen: querã ex ea etiã ne fuerit cum id fecero:
seruiendum: si annuerit: nego istam sapientiã / quis
sit erudita / non audiã: sin responderit. Tu uero ita
uitã / corpusq; seruato: ita fortunas: ita rem familia/
rem: ut hęc posteriora libertate ducas: atq; iis uti
uelis: si liberare Rem. pu. possis. ne pro iis liber/
tatem: sed pro libertate hęc proiicias: tanq̃ pignora
iniurię: tum sapientię uocem audire uidear: eiq; ut
deo pareã. Itaq; si receptis illis possumus esse liberi
uincamus odium: paceq; potiamur. Sin ocium in/
columibus iis: si liber uiuis iis incolumibusq; null9
esse potest. Letemur decertãdi oblatam esse fortu/
nam. Aut enim illis interfectis fruemur uictrice.
R. P.: aut oppressa: quod omen auertat Iupiter: non
spiritu: ad uirtutis laudẽ uiuemus. At enim nos im/
parator iterum Pontifex maximus optime pximo
ciuili bello de. R. P. meritus ad pacem adhortaf.
Nullius apud me. P. C. auctoritas maior est: q̃.
M. Lepidi: uel propter ipsius uirtutem: uel prop/
ter familię dignitatem. Accedunt eodem multa
priuata: magna eius in me merita: ac mea quędam
officia in ipsum / maximum uero eius beneficium
numero: quod hoc anio in. R. P. est quę mihi ui/
ta mea semper fuit carior. Nam cum magnũ Pom/
peium Clarissimum adulescẽtem prestantissimi uiri
filium auctoritate adduxit ad pacem. R. q;. P. sine
armis maxio ciuilis belli periculo liberauit: Tum
me eius beneficio plusq̃ pro uirili parte obligatum
puto. Itaq; ei & honores decreui: quos potui am/
plissimos: in quibus uos mihi estis assensi: nec unq̃

de illo & sperare optime | & loqui destiti : magnis |
& multis pignoribus . M . Lepidum : R . P . ob
ligatum tenet : summa nobilitas est omnis honor :
amplissimum sacerdotium . Plurima Vrbis orna
menta ipsius fratris | maiorumq; monumenta per
ꝓbatissima uxor : optatissimi liberi : res familiaris :
cũ ampla : tũ casta : a cruore ciuili : nemo ab eo ciuis
uiolatus : multi beneficio | & misericordia liberati :
Talis igitur uir | & ciuis opinione labi potest : uo
luntate a . R . P . dissidere nullo pacto potest : Pacẽ
uult . M . Lepidus : pręclare : si talem potest effice
re qualẽ nuper effecit : qua pace cum . CN . Pom
pei filium . R . P . aspiceret : suoq; sinu | cõplexuq;
reciperet : neq; solum illum : sed cum illo se ipsam
sibi restitutã putauit . Hęc causa fuit Cur decernere
tis statuam in Rostris cum inscriptione pręclara :
Cur absenti triumphum : q̃q̃ enim magnas res bel
licas gesserat : & triumpho dignas : non erat tamẽ
ei tribuendũ : quod nec . L . Melio . nec Emiliano
Scipioni : nec supiori Aphricano : nec Mario : nec
Pompeio : qui maiora bella gesserunt . Sed quod
silentio bellum ciuile confecerat : primum ut licuit
honores in eum maximos contulistis . ęstimas ne
igitur . M . Lepide qualẽ Pompeiũ . R . P . habitu
ra sit Ciuẽ : tres futuros Antonios . in altero pudor |
grauitas | moderatio | integritas : In illis : & cũ hos
compello | ꝓtereo illius ex grege latrocinii neminẽ :
libidines : scelera : ad omne facinus ĩmanis audacia .
Deinde obsecro uos . P . C . quis hoc uestrum non
uidet . quod fortuna ipsa quę dicit̃ ceca uidit . saluis
enĩ actis Cęsaris quę concordię causa defendimus :
Pompeio sua domus patebit : eamq; non minoris

q̃ emit Antonius redimet. Redimet inquã. CN. Pompei domũ filius. O rem acerbã: sed hęc satis diu: multũq₃ defleta sũt. decreuistis tantã pecuniã Pompeio: quantã ex bonis prĩs in pdę dissipatione inimicus uictor redegisset. Sed hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco: redimet hortos: ędes: urbana quędã: quę possidet Antonius. Nã argentũ: uestẽ: supellectilẽ uniuersam amittet ęquo animo: quę ille helluo: illa bellua dissipauit. Albanũ Firmanum a Dolobella recupabit. etiam ab Antonio tusculanũ. Hiq₃ qui nunc mutinam oppugnant. D. Brutum obsident. De falerno Anseres depellant᷑. Sunt alii plures fortasse: sed mea memoria dilabuntur: Ego etiam eos dico: qui hostium numero non sunt: Pompeianas possessiones quanti emerint filio reddituros. Satis incõsiderati fuit: ne dicã audacis: rẽ uel ullã ex illis attingere: retinere uero quis poterit: Clarissimo dño restituto? An is non reddet: qui domini pr̃imoniũ circumplexus: quasi thesaurũ draco Pompei seruus libertus Cęsaris agri lucani possessiones occupauit. Atq₃ illud septies milies quod adulescenti. P. C. spopõdistis. Ita describite: ut uideat᷑ a uobis. CN. Pompei filius in pr̃imonio suo collocatus. Hęc Senatus: Reliqua. P. R. in ea familia: quã uidit amplissimã psequetur. In primis paternũ auguratus locum: in quo ego eũ: ut quod a patre accepi: filio reddã: mea noiatione cooptabo: utrũ igit᷑ augurẽ Iouis optimi maximi: Cuius interpetres: internũcii q₃ constituti sumus: utrum. P. R. libentius sanctier Pompeium: an Antoniũ. Mihi quidem minime deorum imortalium uidetur hoc fortuna uoluisse:

ut actis Cęsaris firmis : ac ratis . CN . Pompei filiꝰ
posset & dignitatem / & fortunas patrias recupare :
ac ne illud quidem silentio . P . C . pretermittendũ
puto : qđ clarissimi uiri legati . L . Paulus . Q . Ter/
mus . C . Fannius : quorũ habetis cognitã uoluntatẽ
in . R . P . eamq; perpetuã : atq; cõstantem nũciant
se Pompei conueniendi causa diuertisse . Massiliam
eum cognouisse paratissimo animo : ut cũ suis copiis
iret ad mutinã : an uereretur ne ueteranorũ animos
offenderet ? Est uero eius patris filius : qui sapienter
faciebat non minus multa : q̃ fortiter . Itaq; intelli/
gitis : & animũ ei presto fuisse : nec consiliũ defuisse .
Atq; etiã hoc . M . Lepido prouidendũ est : neqd
arrogantius : q̃ mores eius ferunt / facere uideantur .
Si enĩ nos exercitu terret : non meminit illum ex/
ercitũ Senatus . P . q; . R . atq; uniuersę . R . P . esse :
nõ suum . At uti potest pro suo : Quid tum ? omia
ne uiris bonis quę facere possunt / faciẽda sunt ? etiã
si turpia : si pernitiosa erunt : si facere omnino non
licebit ? Quid aũt turpiꝰ : aut foedius : aut qđ minꝰ
deceat : q̃ contra Senatũ : contra Ciues : contra pa/
triã exercitũ ducere ? Quid uero magis uitupandũ :
q̃ id facere / quod non liceat ? Licet aũt nemini ɔtra
patriã ducere exercitũ . Siquidem licere id dicimus
quod legibus : quod more maiorum : institutisq;
conceditur . Neq; quod quisq; potest id ei licet : nec
si non obstatur : ꝑpterea etiã permittitur . Tibi enim
exercitum Lepide tanq̃ maioribꝫ tuis patria pro se
dedit . Hoc tu arcebis hostẽ : fines impiis ꝓpagabis :
Senatui . P . q; . R . parebis . Si quã ad aliam rem te
forte traduxerĩs : hoc si cogitasses . M . Lepide . P .
M . Lepidi Pontificis maximi fueris pronepos :

Sin hominibus tantũ licere iudicas: quantũ possunt: uide ne alienis exemplis: iisq́ recentibus uti: q̃ antiquis & domesticis malle uideare: Quod si auctoritatem interponis: sine armis magis quidẽ laudo: Sed uide ne hoc ipsum non sit necesse. Quanq̃ enĩ est tanta in te auctoritas: quanta debet in homine nobilissimo: tamẽ Senatus ipse non se contemnit: Nec uero fuit unq̃ grauior: constantior: fortior. Incensi omnes rapimur ad libertatẽ recuperandam. Non põt ullius auctoritate tantus Senatus. P. q́. R. ardor extingui. odimus: irati pugnamus: extorqueri manibus arma nõ possunt. receptui signũ aut reuocationẽ a bello audire non possumus. speramus optima: pati uł difficillima malui nusq̃ seruire. Cęsar confecit inuictũ exercitũ: duo fortissimi Cõsules assũt cũ copiis. L. Planci. Cos. desig. Varia & magna auxilia nõ desunt. de D. Bruti salute certatur. Vnus furiosus gladiator cum deterrimorum latronũ manu contra patriã: contra deos penates: contra aras & focos: cõtra quatuor Consules gerit bellum. huic cedamus: huius conditiones audiamus: cum hoc pacem fieri posse credamus? At piculum est: ne opprimamur. non metuo: ne iis qui suis amplissimis fortunis: nisi nobis saluis frui nõ possit: prodat salutem suã: bonos Ciues primũ natura efficit: adiuuat deinde fortuna. Omnibus enĩ bonis expedit saluam esse Rem. pu. Sed in iis qui fortunati sunt magis id apparet. Quis fortunatior Lepido: ut ante dixi? Quis eodem sanior? uidit eius moesticiam: atq́ lacrimas. P. R. lupcalibus uidit quã abiectus esset: q̃ confectus cum Cęsari diadema imponeret Antonius: seruum se illis: quã Collegã

esse malebat. Qui si reliquis flagitiis / & sceleribus abstinere potuisset: tamen unũ hoc ob factũ dignũ illum omni poena putarẽ. Nam si ipse seruire poterat nobis dominum cur imponebat? Et si eius pueritia pertulerat libidines eorum: qui erant in eũ tyranni: etiam ne in nostros liberos dominum / & tyrannum comparabat? Itaq; illo interfecto: qualẽ eum in nos esse uoluit: talis ipse in ceteros extitit: ĩqua enĩ barbaria quisq̃ tam teter: tam crudelis tyrannus: q̃ in hac Vrbe armis barbarorum stipatus Antonius? Cęsare dñante ueniebamus in Senatũ: si non libere: attamen tuto. hoc archipirata: Quid enim dicã tyranno. hęc subsellia ab ithireis occupabantur. Prorupit subito Brundusium: ut inde agmine quadrato ad Vrbem accederet: lautissimũ oppidum: nunc municipiũ honestissimorũ: quondã colonorum: Suessam fortissimorũ militum sanguĩe impleuit: Brundusii in sinu: non modo auarissimę: sed etiam crudelissimę uxoris delectos Martię legionis Centuriones trucidauit. Inde se quo furore: quo ardore ad Vrbem .i. ad cędem optimi cuiusq; rapiebat? quo tempore dii ĩmortales pręsidiũ improuisum: nec opinantibus nobis obtulerunt. Cęsaris enim incredibilis: ac diuina uirtus: latronis impetus crudeles: ac furibundos retardauit: quem tũ ille demens ledere se putabat edictis: ignorans quęcunq; falso diceret in sanctissimũ adulescentem ea uere rescinderet in memoriã pueritię suę: ingressus Vrbem est: quo comitatu / uel potius agmine cum dextera sinistra gemente. P. R. minaretur dominis: notaret domos: diuisurum se Vrbem palam suis polliceretur. rediit ad milites? Ibi pestifera

illa Tyburi contio: Inde ad Vrbē cursus: Senatus in Capitolium: parata de circumscribendo adulescente sententia Consularis. Cū repente (nam martiam legionem Albę cōsedisse sciebat) affertur et de quarta nunctius. quo perculsus abiecit consilium referendi ad Senatum de Cęsare. Egressus est non uiis: sed tramitibus paludatus: eodemq; die ipso innumerabilia. S. C. fecit. Quę quidem omnia citius lecta: q̃ scripta sunt. Ex eo non iter: sed cursus & fuga in galliam: Cęsarem sequi arbitrabatur. cum legione martia/ cum quarta/ cum ueteranis: quorū ille nomen pre metu ferre non poterat: eiq; in galliam penetranti. D. se Brutus obiecit: qui se totus belli fluctibus circumiri: q̃ illum aut egredi: aut pgredi maluit. Mutinamq; illi exultanti tanq̃ frenos furoris iniecit: quā cū operibus: munitionibusq; sepsisset: nec eum florētissimę Colonię dignitas: neq;. Cos. designati maiestas a parricidio deterretur. Tum me testor & uos/ &. P. R. & om̄es deos qui huic Vrbi pręsident inuito/ & repugnante legati missi tres Consulares ad latronem. M. Antonium/ gladiatorum ducem. Quis tam barbarus unq̃: tam immanis: tam ferus? Non audiuit: non respondit: neq; eos solum pręsentes: Sed multo magis nos: a quibus illi erant missi/ spreuit/ & pro nihilo putauit. Postea quod scelus: quod facinus parricida non edidit? circumsedit colonos uestros: exercitum. P. R. imperialem. Cos. designatum. agros diuexat Ciuium optimorum: hostis deterrimus omnibus bonis cruces: ac tormenta minitatur. Cum hoc. M. Lepide pax esse quę potest? cuius ne supplicio quidem ullo satiari uidetur posse.

Pō . Rō . Quod si quis adhuc dubitare potuit : quin ulla societas huic ordini . Po . q; . R . cum illa importunissima bellua possit esse : desinat profecto dubitare : His cognitis litteris : quas mihi missas ab Hyrcio Consule modo accepi . Eas dum recito : dumq; de singulis sententiis breuiter disputo . P . C . ut adhuc fecistis me attente audiatis . Antonius Hyrcio & Cęsari : neq; se Imperatorem : neq; Hyrcium Consulem : neq; Po . Ro . pręter Cęsarem satis quidem hęc scite . deponere alienum nomen ipse maluit : quã illis suum reddere . Cognita morte . C . Treboni non plus gauisus sum : quam dolui : Videte quid se gauisum : quid se doluisse dicat : facilius de pace deliberabitis : dedisse poenas sceleratum cineri : atq; ossibus clarissimi uiri & apparuisse numen deorum intra finem anni uertentis : aut iam soluto supplicio parricidę : aut impendente letandum est . O spartha : quem enim te potius appellem : Cuius propter nefaria scelera tollerabilis fuisse uidetur Catilina : Letandum esse ausus es scribere Trebonium dedisse poenas ! sceleratum Trebonium ! quo scelere : nisi q; te ydibus Mar . a debita tibi peste seduxit ! Age hoc letaris uideamus quid moleste feras . hostem iudidicatum hoc tempore Dolobellã eo quod si charum occiderit & uideri chariorem . Po . Ro . filium scurrę : q̃ . C . Cęsarẽ patrię parentem ingemiscendum est. Quid ingemiscis hostem Dolobellam iudicatum ! Quid te non intelligis delectu tota Italia habito .

Cos. missis: Cesa. ornato: sagis denique sumptis ho/stem iudicatum? Quid est autem scelerate quod gemas hostem Dolobellam iudicatum a Senatu? quem tu ordinem omnino esse nullum putas. Sed eam tibi causam belli gerendi proponis: ut Sena/tũ funditus deleas. Reliqui boni & locupletes om/nes summum ordinem subsequãtur: At scurrę filiũ appellat: quasi uero ignotus nobis fuerit splendidus Quirites Treboni pr. Is autẽ humilitatẽ despicere audet cuiusque: qui ex eadẽ sustulerit liberos. Acer/bissimũ uero est te. A. Hyrcii ornatũ esse bñficiis Cę. & talem ab eo relictũ: qualẽ ipse miraris. Equi/dem negare non possum a Cę. Hyrcium ornatum: Sed illa ornamenta in uirtute & industria posita lucent. Tu uero qui te ab eodem Cęsare ornatum negare non potes: quid esses: si tibi ille non tam multa tribuisset? & quo te tua uirtus prouexisset? & quo genus: in lustris, popinis, alea, uino, tempus ętatis omne consumpsisses: ut faciebas cum in gre/miis mimarum mentem: mentumque deponeres. Et te o puer puerum appellat: quem non modo uirum: Sed etiam fortissimum uirum sentit, & sentiet. Est istud quidem nomen ętatis: Sed ab eo minime usurpandum est: qui suam amentiam huic prębet ad gloriam. Qui omnia eius nomini debes. debet uero solvitque pręclare: Si enim ille pa/trię pater est: ut tu appellas: Ego quid sentiam ui/dero. Cur non hic parens uerior: a quo certe uitam habemus e tuis facinorosissimis manibus ereptam:

Id agere ut iure damnatus sit Dolobella? Turpē
uero actionem qua defendit amplissimi auctoritas
ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam
Et ut uenefica hac liberetur obsidione? Veneficam
audes appellare eum uirum qui tuis ueneficiis re
media inuenit. quem ita obsides noue Hannibal
aut si quis acutior imperator fuerit / ut te ipse ob/
sideas. neq; istinc: si cupias: possis explicare. Re/
cesseris. undiq; omnes insequentur. manseris.
herebis. Ni mirum recte uenefică appellas / a quo
tibi presentem pestem uides comparatam. ut quā
potentissimus sit Cassius / atq; Brutus. putes Censo/
rinum dicere: aut Ventidium: aut etiam ipsos An/
tonios: Cur autem nolim potentes esse non modo
nobilissimos uiros: sed secum etiam in. R. P.
defensione coniunctos: nimirum eodem modo hęc
aspicitis: ut priora. Quę tandem Castra Pompei
Senatum appellatis? An uero tua castra potius Se/
natum appellaremus: in quibus tu es uidelicet Cō/
sularis? cuius totus consulatus ex omni monumē/
torum memoria reuulsus. duo Prętores sine causa
diffisi se aliquid habituros. Nos enim: Caes. bene/
ficia defendimus? prętorii / philadelphus. Anni9
& innocens Gallius. Edilitii / Corticus laterum / &
noçis meę bestia / & fidei patronus fraudator Trebel/
lius: & homo diruptus / dirutusq;. Q. Celius co/
lumenq; amicorum Antonii Cotila Varius. Quos
Antonius delitiarum causa loris in conuiuio cedi
iubebat a suis publice. Septemuirales Lento / Nu/
cula / cum delitię / atq; amores. P. R. L. Antoni/
us tribunorum primum duo designati. T. hostilius
qui suo iure in porta nomen inscripsit. qui cum

Philopemenes potius erat i comparatione hanibalis et tres erant hannibales scipio et philopemenes.

Raptor coricus bestia

Trebellius cognomento q̄ scrofa nepos fuit ille scrofe et patronus causarum sine fide

prodere impatorē suum non potuisset: reliquit.
alter est designatus. uis eius nescio quis fortis. ut
aiunt latro. quem tamen temperantem fuisse ferūt
bisauri balneatorem. Secuntur alii tribunitii. C.
Plācus imprimis. qui si senatum dilexisset, nunq̄
Curiam incendisset quo scelere damnatus in eam
Vrbem rediit armis: a qua excesserat legibus. sed
hoc ei cōmune cum plurimis dissimilimis. Illud
tamen uerum quod in hoc Planco prouerbii loco
dici solet, perire eum non posse: nisi ei crura fracta
essent. fracta sunt: & uiuit. hoc tamen ut alia mul-
ta aquilę fertur acceptum. est etiam ibi Decius
ab illis (ut opinor) maioribus deciis. Itaq; ut mu-
nere Cęsaris, Deciorum quod multo interuallo
per hunc pręclarum uirum memoria renouata est.
Saxā uero decidium preterire qui possunt hominē
deductum ex ultimis gentibus ut. tr. pl. uidere-
mus: quem ciuem nunquam uideramus. Est quidē
alter Soserenas. omnes tamen tantam habent simi-
litudinem inter se: ut in eorum prenominibus errē.
Nec uero Exitius philadelphi frater questor prę-
termittendus est. ne si de clarissimo adolescente
siluero inuidisse uidear Antonio. Est etiam Asi-
nius quidam senator uoluntarius lectus ipse a se
apertam curiam uidit post Caes. mortem mutauit
calceos. pater Conscriptus repente factus est. Non
noui. Sex. Albedium: sed tamen neminem tam
malisicum offendi. qui illum negaret dignū An-
tonii Senatu. Arbitror me aliquos prętermisisse. De
his tamen qui occurrebant tacere non potui. Hoc
igitur fretus Senatu, Pompeianum Senatum despi-
cit. in quo decem fuimus Consulares qui si omnes

Decimus uisetius

balneatorē balneator dr q̄ pest balneis et q̄ aquā tempat ī balneis

bisauri bisaurū nomē est oppidi ...

Duo erat saxe alter erat ex celtiberis hispanie alter saxernas

saserinas

curiā senatū ut fieret uoluntarij senato res...

uiuerent bellum omnino hoc non fuisset: auctoritati cessisset audacia. Sed quantum prȩsidii fuerit in cȩteris: hinc intelligi potest: q ego unus relictus e multis contudi/& fregi adiuuantibus uobis exultantis predonis audaciam: Quod si fortuna nobis modo non eripuisset. Ser. Sulpitium: eiusq Collegã M. Marcellum: quos ciues! quos uiros! si duos Consules amicissimos patriȩ simul ex italia eiectos Si. L. Affranium summum Ducem: si. P. Lentulum Ciuem cum in cȩteris rebus: tum in salute mea singularem. Si Bibulum cuius est in. R.P. merito semper laudata constantia: si. L. Domitium prȩstantissimum Ciuem: si Appium Claudiũ pari nobilitate/& uoluntate preditum. Si. P. Scipionem clarissimum uirum: maiorumq suorum simillimum. R.P. tenere potuisset: certe his cõsularibus non esset Pompeianus despiciendus Senatus. Vtrum igitur equius. Vtrum melius. R. P. fuerit. CN. Pompeium: an sectorem. CN. Pompei uiuere Antonium! Qui uero prȩtorii quorum princeps. M. Cato: idemq omnium gentiũ uirtute princeps! Quid reliquos prȩclarissimos uiros commemorem! nostis omnes/magis uereor ne longum me in enumerando: quam ne igratum in pretereundo putetis. Qui edilitii! Qui tribunitii Qui quȩstorii! Qui multi tales! Senatorum/& dignitas/& multitudo fuit! ut magna excusatione op9 his sit: qui illa in castra non uenerunt: Nunc reliqua attendite: Victum Ciceronem ducem perseqr Epistolam Antonii habuistis: libentius ducem audio/quod certe ille dicit inuitus. Nam deuicto. Nihil enim laboro, factum enim meum est sine. R.

P. nec uinci posse: nec uincere: Macedoniã munitis exercitibus / & quidem fratri tuo: qui a uobis nihil degenerat extorsimus: Aphricam commisistis Varo bis capto: hic cum. C. fratre putat se litigare: In Syriam Cassium misistis: Non igitur sentis huic causę orbem terrę parere: te extra munitiões tuas uestigium ubi imprimas non habere. Pro in hac causa Cascam tribunatũ gerere passi estis. Quid ergo ut. M. Arullum: ut. Caes. etiam / a R. P. remoueremus eum per que / ut neq; idem hoc post hac: neq; multa huiusmodi accidere possent consecuti sumus uectigalia Iuliana. Lupcis ademistis: Lupcorũ mentionem facere audet: neq; illius diei memoriam phorrescit: quo ausus est obrutus uino unguentis oblitus: nudus gementem. P. R. ad seruitutem cohortari. Veteranorum Colonias deductas lege. S. C. substulistis: Nos substulimus: an contra legem comitiis centuriatis latam sanximus? uide ne tu Veteranos: tum eos qui erant perditi perdideris: in eumq; locũ deduxeris: ex quo iam ipsi sentiunt se nunquam exituros: Massiliensibus iura belli adempta reddituros uos pollicemini. Nihil disputo de iure belli: magis facilis disputatio est: quam necessaria. illud tamen aduertite P. C. q̃ ĩuisus sit huic rei. pu. natus hostis Antonius: tantope eam Ciuitatem oderit: quam scit huic rei. pu. semper fuisse amicissimã: Neminẽ Pompeianũ qui uiuat tenere lege hyrcia dignitates? qui õsi iã legis hyrcię mẽtionẽ facit: Cuius nõ minq arbitror latorẽ ipm: quã eos de qbus lata ẽ penitere: onino qdẽ ĩ ea sñia legẽ illã appellare fas nõ ẽ: & ut sit lex nõ debem9 illã hyrcij legẽ putare: A puleiana pecunia

Marginalia (manuscript): A[…] Varo hic fuit q aphricã tenuit ĩ principio belli ciuilis — M. Arullus & Cesennius Trib. ple. fuerũt qui ĩ suo tribunatu diadema [...] manibus antonij acceperũt — Lupci ex [...] Iulij cesaris munera habebãt q senatus abstulit — Cesennius — M. antonius lata lege colonias ueterano[...] — qualis — hyrcius ĩ tribunatu suo tulit legẽ ne [...] fuisset ex factiõe pom. auderet [...] — mea — Questores erãt q pecuniã coadunatã iubente senatu [...] M. bruto — Bruti

Brutum subornastis. Quid si omnibus suis copiis
excellentem uirum. R. P. armasset? quem tandem
bonū peniteret? nec enim sine pecunia exercitum
alere. nec sine exercitu fratrem tuū capere potuisset.
Securi percussos Petum, & Menedemum Ciuitate
donatos, & hospites. Cęs. laudastis. Nō laudam9
quod ne audiuimus quidē: ualde enī nobis in tāta
perturbatione. R. P. de duobus nequissimis grecu-
lis cogitandū fuit. Teopompum nudum expulsum
a Trebonio confugere Alexandriam neglexistis.
Magnum crimen senatus: de Teopompo summo
homine neglexımus: qui ubi terrarū sit: quid agat:
uiuat deniq;: an mortuus sit quis aut scit? aut cu-
rat? Ser. galbā eodē pugione succintum in castris
uideris. Nihil tibi de Galba respondeo fortissimo
& constantissimo Ciue coram aderit: pn̄s tibi ipse &
ille quem insimulas Pugio respondebit. Milites
aut meos: aut ueteranos cōtraxistis tanquā ad exitū
eorum qui Cęsarem occiderāt. & eosdem nec opi-
nantes ad questores sui: aut Imp. aut Cōmilitonum
suorum pericula impulistis: scilicet uerba dedimus
decepimus. Ignorabat legio martia: quarta: nescie-
bant ueterani quid ageretur. Num illi Senatus au-
ctoritatē: an libertatem. P. R. sequebant̄? Cęsaris
ulcisci mortem uolebant: quam omnes fatalē fuisse
arbitrabant̄ te uidelicet saluum: beatum: florentem
esse cupiebāt. O miser cum. re. tum hoc ipō quod
non sentis, quā miser sis? sed maximū crimē audite
Deniq; qđ nō aut pbauistis: aut fecistis? quid faciat
si reuiuiscat? Quid? credo afferet aliquod scelerati
hominis exemplum. CN. Pompeium imitaturi
sumus: aut filium eius, si domi possit: poterit mihi

crede : nam paucis diebus & in domos & in hortos
paternos ímigrabit. Postremo negatis pacē posse
fieri nisi aut remisero Brutum : aut frumēto iuuero.
Alii istuc negāt. Ego uero ne si ista quidem feceris
iniquam tecum pacem huic ciuitati futuram puto.
Quid hoc? placet ne ueteranis istis? quibus adhuc
omnia integra sunt : nihil uidi tam integrum q̄ ut
oppugnare Impatorem incipiant : quē tanto studio
consensuq; offenderint. Quoniam uos assentatio-
nibus & uenenatis muneribus uenistis : deprauati
aut corrupti sunt : quibus persuasum sit foedissimū
hostē iustissimo bello psequi. At militibus inclusis
opem fertis : nihil moror eos saluos esse & ire quo
lubet : si tamē patiunt̄ perire eum qui meruit : quā
benigne deniq; usi liberalitate : Antonii milites Im-
patorē reliquerunt : & se ad hostem metu perterriti
contulerunt : per quos si non stetisset : non Dolo-
bella prius Imp. suo : quā Antonius etiam collegę
parētasset. Concordię factā esse mentionē scribitis
in Senatu. Et legatos esse Cōsulares quinq; : difficile
est credere eos qui me pcipitem egerint ęquissimas
conditiones ferentem : & tamen ex his aliquid re-
mittere cogitantem : putare aliquid moderate aut
humanę esse facturos : uix etiam uerisimile est : qui
iudicauerint Dolobellam hostem obrectissimū faci-
nus eosdem nobis parcere posse : idem sentientibus
parum ne uidet̄ omniū facinorū : sibi cū Dolobella
societatem initam confiteri? nonne cernitis ex uno
fonte omnia scelera manare? ipse deniq; fatetur : hoc
quidem satis acute : non posse eos qui hostē Dolo-
bellam iudicauerunt obrectissimū facinus : ita enī
uidet̄ Antonio sibi parcere. Idem sentienti quid

huic facias : qui hęc lr̃is memorięq; mãdarit ita sibi
conuenisse cum Dolobella ut ille Trebonium : & si
posset etiam Brutum Cassium discruciatos necaret.
Eadem inhiberet supplicia nobis conseruandus Ci/
uis secum tam pio iustoq; foedere. Is etiam queritur
conditiones suas repudiatas : ęquas quidẽ & uere/
cundas : ut haberet galliã ultimam aptissimam ad
bellum renouandum : instruendũq; prouinciam : ut
alaudę in tertia decuria iudicarent : idest ut pfugiũ
scelerũ esset : Cũ turpissimis . R.P. sordibus ut acta
sua rata essent : cuius nullũ remanet consulatus ue/
stigium . Cauebat etiam . L. Antonio qui fuerat
ęquissimus agri priuati & publici decem pedator :
Nucula & Lentone collega . Quãobrẽ uos potiꝰ
animaduertite utrum sit elegantius : & partibꝫ utiliꝰ
Trebonii mortem psequi : an Cęsaris : & utrum sit
ęquius cõcurrere nos quo facilius reuiuiscat Pom/
peianorum causa totiens iugulata : an consentire non
ludibriosissimus inimicis . Si esset iugulata nunq̃
exurgeret : quod tibi : tuisq; contingat : utrũ inquit
elegantius : atq; hoc bello de elegãtia querit̃ : & ptí/
bus utilius . partes furiosę dicunt̃ . In foro ĩ curia
bellum contra patriam nefarium suscepisti : oppug/
nas Mutinam . circumsedes Cons. designatum .
bellum contra te duo Cos. gerunt : cunq; his P.R.
Cęs. cuncta contra te Italia armata est : istas tu ptes
potiusq̃ . P.R. defensionem uocas ? potius ne Tre/
bonii mortem : quã Cęs. psequimur. Trebonii satis
psecuti sumus : hoste iudicato Dolobella Cęs. mors
facillime defendit̃ obliuioneq; & silentio . Sed uidete
quid moliat̃ : cum mortem Cęs. ulciscendam putat
mortem proponit non his solum qui illam rem

gesserunt. Sed his etiam siqui non moleste tulerũt. Quibus utri nostrum ceciderunt lucro futurũ est. Quod spectaculum adhuc ipsa fortuna uitauit: ne uideret unius corporis duas acies lanista Cicerone dimicantes: qui usqꝫ eo foelix est ut eisdẽ ornamẽtis deceperit uos: quibus deceptum: Cęs. gloriatus est: pergit in mea maledicta: quasi uero ea & pulcherrię priora processerunt: quem ego inustum uerissimis maledictorum notis traddam hominum memorię sempiternę. Ego Lanista: & enim non insipiens: deteriores enim iugulare cupio, meliores uincere. Vtri ceciderint scribit lucro nobis futurũ, pręclarũ lucrum, quo lucro te uictore! Quod dii omen auertant: beata mors eorum futura sit: qui e uita excesserint sine tormentis. A me deceptos ait: eisdem ornamentis Hircium: & Cęs. Quod quęso adhuc a me est tributum Hircio ornamentum: nam Cęsari plurima & maiora debent: deceptum autem patrẽ a me Cęs. dicere audes? tutu inquam illum occidisti Lupercalibus: cuius homo ingratissime flaminia cur reliquisti? Sed iam uidete magni, & clari uiri admirabilem grauitatẽ, atqꝫ cõstantiam. Mihi qdem constat: nec meam quidem contumeliã: nec meorũ ferre: nec deserere partes quas Pompeius odiuit: nec ueteranos sedibus moueri patiar: nec singulos adcruciatum trahi: nec fallere fidẽ quã dedi Dolobellę. Omitto alia fidem Dolobellę sanctissimi uiri deserere homo pius non potest: quã fidem: an optimi cuiusqꝫ cedes urbis: & Italię partiones sententias dandarum: diripiendarũqꝫ prouinciarum. Nam quid erat aliud quod inter Antonium, & Dolobellã impurissimos parricidas foedere, ac fide sanciretur?

Ne Lepidi societatem uiolarem piissimi hominis. Tibi cum Lepido societas: aut cum ullo non dicã bono Ciue: aut sicut ille est: sed homine sano: Id agis ut Lepidũ aut impium: aut insanũ existimare uelis. Nihil agis quanq̃ affirmare de aliquo difficile est: De Lepido presertim: quem ego metuam nunquã: bene sperabo, dum licebit: reuocare te a fure Lepidus uoluit, non adiutor esse demẽtię. Tu porro ne pios quidem: sed piissimos queris: & q̃d uerbum omnino nullũ in lingua latina est: id ꝓpter tuam diuinã pietatẽ nouum inducis. Nec Plãcum prodere participem consiliorum. Plancum participem: Cuius memorabilis, ac diuina uirtus lucem affert. R. P. nisi forte subsidio tibi uenire arbitraris cum fortissimis legionibus: magno ęquitatu peditate gallorum: quicq̃ nisi ante aduentum eius. R. P poenas dederis: ille huius belli feret principatũ: q̃q̃ enim ꝑma ꝑsidia utiliora. R. P. sint: tamẽ extrema sunt gratiora: Sed iam se colligit: & ad extremum incipit ꝓphẽtare. Sine rectis sensibus euntem dii immortales ut spero adiuuerint uiuam libenter. Si autem aliud me fatum manet: pręcipio gaudia suppliciorũ uestrorum. Nam si uicti Pompeiani tam insolentes uictores quales futuri sint: uos potius experiemini: pręcipias licet gaudia: non enim tibi cum Pompeianis: sed uniuersa. R. P. bellum est: omnes te dii: homines summi: medii: infimi Ciues peregrini, uiri mulieres, liberi, serui, oderũt. Sensim9 hoc nuper falso: nuntio uero propediem sentiemus que secum ipse recolis: ęquiore animo, & maiore consolatione moriere. Denicq̃ summa iudicii mei spectat huc & ut meorum iniurias ferre possim: si

aut obliuisci uelint ipsi fecisse, aut ulcisci parati sunt: una nobiscum Cesaris mortē hac Antonii sententia cognita dubitaturos ne. A. Hircium. C. Pansam Cons. putatis quin ad Antonium transeāt! Brutū obsideant! Mutinam expugnare cupiant. Quid de Pansa, & Hircio loquar! Cesar singulari pietate adolescens: poterit ne se tenere quin. D Bruti sanguine poenas patrias psequat! Itaq fecerunt ut his lrīs lectis ad munitiones proprius accederet. Quo maior adolescens Cesar maiore deorum īmortaliū beneficio. R. P. natus est: qui nulla specie paterni nominis: nec pietate unquā adductus est. Intelligit maximam pietatem conseruatione patrie contineri q si partium certamen esset: quarū omnino nomen extinctum est: Antonius ne potius, & Ventidius partes Cesaris defenderunt: quam Cesar adulescens summa pietate, & memoria parentis sui! Deinde Pansa & Hyrcius qui quasi cornua duo tenuerunt: Cesaris: tum cū ille uere partes uocabant. He uero que sunt partes cum alteris Senatus auctoritas. P R. libertas. R. P. salus proposita sit, alteris cedes bonorum: Vrbis: Italieq partitio. Veniamus aliqn ad clausulam Legatos uenire non credo: bene me nouit: bellum quod ueniant, proposito presertim exemplo Dolobelle: sanctiores erunt credo iure Legati: q̄ duo Coss. contra quos arma fert. Quā Cesar cuius patris flamē est: q̄ Cos. designat9: quē oppugnat: q̄ Mutina: quā obsidet: q̄ patria: cui igni, ferroq minitat cum uenerint que postulant: cognoscam. Quin tu abis in malam pestem: malumq cruciatū ad te quisquā ueniat nisi Ventidii similis? orēs incendium: qui restinguerent sūmos uiros misimus.

Iudico : qui cũ aut morte : aut uictoria se satisfacturũ
R. P. spopondisset : alterũ fecit. Alterius dii imor/
tales omen auertant. Quid dicam de Hircio? qui
re audita e castris duas legiones eduxit incredibili
studio, atq; uirtute? Quare tam illam? quę relicto
Antonio se olim cum martia legione coniunxit : &
septimam : quę constituta ex ueteranis docuit hoc
pręlio militibus his qui Cęsaris beneficia seruassẽt :
scilicet. P. q; R. charum nomen esse. In his uiginti
cohortibus nullo ęquitatu Hyrcius ipse aquilę q̃rtę
legionis cum inferret : quia nullius puchriorẽ spe/
ciem Imperatoris accepimus : cum tribus Antonii
legionibus : equitatuq; conflixit : hostesq; nefarios
huic Ioui maximo : cęterisq; deorum immortalium
templis : Vrbis tectis, libertati. P. R. uestrę uitę
sanguiniq; iminentes prostrauit : fudit : occidit : ut
cum admodum paucis nocte tectus, metu perterritus
princeps latronum : duxq; fugerit. O solem ipsum
beatissimum qui anteq̃ abderet stratis cadaueribus
parricidarum cum paucis fugientem uidit Anto/
nium. An uero quisquã dubitabit appellare Cęsarẽ
Imperatorem? Etas eius certe. Ab hac sententia
neminem deterrebit : quando quidem uirtute supe/
rauit ętatem. Ac mihi semper eo maiora beneficia
Cęsaris uisa sunt : quominus erant ab ętate illa po/
stulanda : cũ cum Imperiũ dabamus eodẽ tẽpore
& spem eius nominis deferebamus : quod cum est
consecutus, auctoritatem nostri decreti rebus gestis
suis comprobauit : Hic ergo adulescens maximi
animi, ut uerissime scribit, Hircius castra multarum
legionum paucis cohortibus tutatus est : secundũq;
pręlium fecit. Ita trium Imparatorũ. P. R. uirtute

consilio foelicitate uno die locis pluribus . R . P .
est conseruata . Decerno igitur eorum trium noie .
L . dierũ supplicationes quas ut honorificentissimis
uerbis ipse consequi potero complectar ipsa sententia.
Est autẽ fidei / pietatisq; nostrę declarare fortissimis
militibus q̃ memores sumus / q̃q; grati . Quãobrẽ
promissa nr̃a / atq; ea quę legionibus bello cõfecto
tributuros nos spopondimus : hodierno scilicet . C .
renouanda censeo . Equm est enim militum talium
presertim honorem coniungi . Atq; utinam . P . C .
Ciuibus omnibus soluere nobis prẽmia liceret : q̃q̃
ea quę nos promisim9 studiose / quanq̃ multa : redde
demus . Sed id quidem restat ut spero uictoribus
quibus Senatus fides prẽstabit : quanq̃ difficillimo .
R . P . tempore secuti sunt : eos nunq̃ oportebit con
silii sui penitere . Sed facile est bene agere : cum his
etiã a quibus / tacentibus flagitari uidebimur . illud
admirabilius / & maius : maximeq; propriũ Senatus
sapientis est : grata eorum uirtutem memoria psequi
qui pro patria uitam profuderunt : quorum de ho
nore ut mihi plura in mentem uenirent : duo certe
non pretendo quę maxime occurrunt : quorum
Alterum pertinet ad uirorum fortissimorũ gloriam
sempiternam . Alterum ad leniendum moerorem &
luctum proximorũ . Placet igitur . P . C . legionis
martię militibus . & eis qui una pugnantes occiderit
monumentum fieri q̃ amplissimum . Magna / atq;
incredibilia sunt in . R . P . huius merita legionis .
Hęc se prima latrocinio abrupit Antonii . Hęc te
nuit Albam . Hęc se ad Cęsarẽ contulit . Hanc imitatã
quarta legio / parem uirtutis gloriam consecuta est :
Quarta uictrix desiderat neminem : ex martia nõnulli

in ipsa uictoria conciderũt. O fortunata mors quę naturę debita pro patria est potissimum reddita. Hos uero patrię natos iudico: quorũ etiam nomen a marte est: ut idem deus Vrbẽ hanc gentibus: uos huic Vrbi genuisse uideatur: In fuga foeda mors: in uictoria gloriosa. Etenim mars ipse ex acie fortissimum quẽq; pignerari solet. Illi igitur impii quos cecidistis etiam ad inferos poenas parricidii luent. Vos uero qui extremum spiritum in uictoria effudistis: piorũ estis sedem & locum consecuti: breuis autem uobis uita data est: at memoria bene redditę uitę sempiterna: quę si non esset longior: q̃ hęc uita: qui esset tam amens qui maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriamq; cõtenderet: Actũ igit̃ pclare uobiscũ fortissimi dũ uixistis. Nũc uero sanctissimi milites: q; nostra uirtus nec obliuione eorum qui sunt: nec reticẽtia posterorum insepulta esse poterit. Cum uobis imortale monumentum suis pene manibus scilicet. P. q;. R. extruxerit: multi sępe exercitus punicis: gallicis Italicis bellis clari & magni fuerunt: nec tamẽ ullis tale genus honoris tributũ est: atq; utinam maiora possemus: quandoquidem a uobis maxima accepimus. Vos ab Vrbe furentem Antonium auertistis Vos redire molientem repulistis. Erit igit̃ extructa moles opere magnifico: incisęq; lrę diuinę uirtutis testes sempiternę nunq̃ quę de uobis eorũ aut qui uidebunt uestrum monumentum: aut audient gratissimus sermo conticescet. Ita pro mortali cõditione uitę immortalitatem estis consecuti. Sed qm̃ P. C. glorię munus optimis & fortissimis Ciuibus monumenti honore persoluit̃. Consolemur eorum

proximos : quibus optima est hęc quidem ꝯsolatio Parentibus/quod tantæ. R. P. pręsidia genuerunt: Liberisq; habebunt domestica exempla uirtutis : Cõiugibus/q; his uiris carebunt : quos laudare q̃ lugere pręstabit. Fratribus/quod in se; ut corpoꝝ : sic uirtutum similitudinem esse confiderit. Atq; ut his omnibus abstergere fletum : sententiis nostris consultisq; possemus : uel aliqua talis his adhiberi publice posset oratio/qua deponerẽ moerorem/atq; luctum : gauderentq; potius (cum multa/& uaria impenderent hominibus genera mortis/id genus quod est pulcherrimũ obtigisse : eosq; nec inhumanos esse : nec desertos. Quod tamen ipsum ꝓ pr̃ia non miserandum putatur : nec dispersis bustis/humili sepultura crematos. Sed contectos publicis operibus/atq; muneribus : eaq; extructione que sit ad memoriã eternitatis/ara uirtutis. Quãobrem quidem maximũ solatium erit propinquorũ eodem monumento declarari/& uirtutem suorum & ętatẽ & Senatus fidem/& crudelissimi memoriam belli : in quo nisi tanta militũ uirtus extitisset : parricidio M. Antonii nomen. P. R. occidisset. Atq; etiã censeo. P. C. quę pręmia militibus promisimus : nos. R. P. recupata tributuros ea uiuis: uictoribusq; cumulate : cum tempus uenerit persoluendi. Qui autem ex his quibus illa promissa sunt pro patria occiderunt : eorumq; parentibus liberis/coniugibus fratribus tribuenda censeo. Sed ut aliquando sñia complectar ita censeo. Cum. C. Pansa Cos. Imp. initiũ cum hostibus confligendi fecerit : quo pręlio legio martia admirabili/incredilic; uirtute libertatẽ P. R. defenderit. Quod idem legiones tyronum

Repudiasti. nunc in tantam flāmā, tāq̄ in ueteratā mittamus? cum locum tibi relictum non modo ad pacem: sed ne ad deditionē tibi feceris. Hanc ego epistolam. P. C. non quo illum dignum putarem recitaui: sed ut confessionibus ipsius omnia patefacta eius parricidia uideretis. Cum hoc pacē. M. Lepidus uir ornatissimus omnibus & fortunę, & uirtutis bonis si hoc uideret. Deniq̄ aut uellet: aut fieri posse arbitraret? Prius undas flāmam ut ait Poeta: nescio quis. prius deniq̄ omnia, quā aut cum Antoniis. R. P. Antonii redeat in grām. Mōstra quędam sunt ista: & portenta, & prodigia. R. P. moueri sedib9 huic Vrbi melig est: atq̄ alias: si fieri posset: terras demigrare: unde Antoniorū nec fcā nec nomen audiat: quam illos Cęs. uirtute electos Bruti retentos intra hęc moenia uidere. Optatissimum est uincere. Secundum est nullū casum pro dignitate, & libertate patrię non referēdum putare: quod reliquum est: non est tertium: sed postremū omnium maximam turpitudinē suscipere uitę cupiditate. Quę cum ita sint de mandatis, līrisq̄. M. Lepidi. Vi. C. Seruilio assentior: & hoc amplius. Censeo magnum Pompeium. CN. F. pro patris maiorumq̄ suorum animo, studioq̄ in. R. P. suaq̄ pristina uirtute, industria, uoluntate fecisse q̄ suam eorumq̄: quos secum haberet operā Senatui. P. q̄ R. pollicitus esset. Eamq̄ rem. S. P. q̄. R. gratam acceptamq̄ esse. eiq̄ honori, dignitatiq̄ eam rem fore. Hoc uel coniungi cum hoc. S. C. licet: uel seiungi potest: separatimq̄ perscribi ut proprio. S. C. Pompeius collaudatus esse uideatur.

VLTIS EX LITTERIS QVERE citatę sunt . P. C. sceleratissimorum hostium exercitum cęsum : fusumque cognoui: sic id quod & omnes maxime optamus ex ea uictoria quę parta est consecutum : D Brutum egressum iam Mutina esse cognouissem : propter cuius periculum ad saga issemus : propter eiusdem salutem redeundum ad pristinum uestitum sine ulla dubitatione censerẽ. Ante uero quã ea res / quã auidissime Ciuitas expectat allata sit: letitię risus satis est maxime p̃clarissimę pugnę . reditum ad uestitũ cõfectę uictorię reseruatę . confectio autẽ huius belli est . D. Bruti salus . Quę autem est ista sententia ut in hodiernũ diẽ uestitus mutetur? Deinde cras sagati pdeamus? Nos uero cum semel ad eum quem cupimus / optamusque uestitum redierimus : id agamus ut eum in perpetuũ retineamus . Nam hoc quidem cum turpe est : tum ne diis quidem ĩmortalibus gratum ab eorũdem aris: ad quas togati adierimus ad saga sumenda discedere . Atque animaduerto . P. C. quosdã huic fauere sententię: quorum ea mens : idque consiliũ ut cum uideant illum gloriosissimũ decimo Bruto futurum diem : quo die propter eius salutẽ rediemus ad uestitũ: hunc tantum ei fructũ eripere cupiant : ne memorię : posteritati prodat : pauperrimus Ciuis periculum . P. R. ad saga iuisse : propter eius salutem redisse ad togas : tollite hanc : nullam tam praue sententię causam reperietis . Vos uero . P. C . conseruate auctoritatem uestrã : manete

in sñia tenete ura memoria quo sepe ostẽdistis. Hui9 toti9 belli i uni9 uiri fortissimi & maximi uita positũ eẽ discrimẽ: ad. D. Brutũ liberãdũ Legati missi prĩci pes Ciuitatis: q illi hosti ac parricidę denũtiarẽt ut a Mutina discederet: eiusdẽ. D. Bruti conseruãdi gratia Cos. sortiti ad bellum profectus. A. Hyrcius cuius imbecillitatẽ ualitudinis animi uirtus: & spes uictorię confirmauit: Cęsar cum exercitu compato primis pestib9. R. P. liberasset: nequid postea sceleris orıretur: profectus est ad eundẽ Brutum liberandum: uicitq dolorem aliquem domesticũ patrię charitate. Quid. C. Pansa egit aliud delectibus habendis: pecuniis comparandis S. C. faciendis grauissimis in Antonium nobis cohortandis. P. R. ad causam libertatis uocando nisi ut. D. Brutum liberaret? A quo. P. R. frequens ita salutem. D. Bruti una uoce depoposcit ut eam non solum commodis suis: sed etiam necessitati uictus anteferret. Quod sperare nos quidẽ debemus. P. C. aut inibi esse: aut iam esse confectũ. Et spei fructum rei conuenit & euentui reseruari: ne aut deorũ imortaliũ beneficium festinatione prripuisse; aut uni fortunę stultitia contempsisse uideamur. Sed quoniã significatio uestra satis declarat quid de hac re sentiatis: ad lr̃as ueniam quę sunt a Consule & a. P. R. missę si pauca ante quę ad ipsas lr̃as pertineant dixero: imbuti sanguine gladii. P. C. legionum exercituũq nostrorũ: uel malefacti potius duorum Cos. tertio Cęs. prelio si hostium fuit ille sanguis sũma militũ pietas: nefarium scelus si Ciuium. Quousq igitur is qui omnes hostes scelere superauit: nomine hostis carebit? Nisi mucrones etiam nostrorum militum

tremere uultis & dubitare utrũ in Ciue:an in hoste
figatur. Supplicationẽ decernitis. hostẽ nõ appellatis?
gratę nostris diis imortalibus gratulationes erunt?
grate uictimę cum interfecta sit Ciuiũ multitudo?
de improbis inquit| & audacibus. nam sic eos appel/
lat clarissimus uir? Quę sunt urbanarũ maledicta
litium non iniusta euelluntur: nec imo testamenta
credo subiciunt| aut eiciunt: uicinos: aut adolescen/
tulos circumscribunt. His enim uitiis affectos &
talibus malos| & audaces appellare consuetudo solet.
bellum expiabile infert. iiii. Cos. unus omnium
latronũ teterrimus. gerit idem bellum cum Senatu
P. q; R. omnibus q̃q̃ ruit ipse suis cladibus pestẽ
uastitatem: cruciatum: tormenta denuntiat: Dolo/
bellę ferrum| & immane facinus: quod nulla Bar/
baries posset ignoscere: id duorum consilio factum
esse testat᷑: queq; esset facturus in hac Vrbe: nisi eum
hinc ipse Iupiter ab his mœnibus repulisset: decla/
rauit impar mensium calamitate: quos optimos
uiros| honestissimosq; homines maxima cũ aucto/
ritate huius ordinis. P. q; R. dignitate coniunctos
crudelissime interficit. Pręludiũ illud| & portentum
L. Antonius insigne odium omnium hominum
uel si etiã dii oderint quos oportet omniũ deorum
Refugit animus. P. C. ea quę formidat dicere.
Quę. L. Antonius impar mensium liberis| & con/
iugibus effecerit. Quas enĩ turpitudines Antonii
libenter cum dedecore subierunt: easdem p uim le/
tantur aliis se intulisse: Sed uis calamitosa est quam
illis intulerunt: libido flagitiosa: qua Antoniorum
oblita est uita. Est igitur quisquã qui hostes appel
lare non audeat: quorum scelere crudelitatem cõstat

Carthaginensium uictam esse ! Qua enim in urbe
tam immanis Hannibal capta: quam in parma sub
recta Antonius ! nisi forte huius Colonię/ & cętera/
rum in quas eodē est animo/ nō est hostis putam9.
Si uero coloniarum/ & municipiorum sine ulla du/
bitatione hostis est: quid tandē huius censetis urbis
quā ille ad expiādas egestates latrocinii sui concu/
piuit: quam iam peritus mercator/ & callidus de/
cempeda sua saxa diuiserat. Recordamini p deos
immortales. P. C. quid hoc biduo timuerimus:
a domesticis hostibus: idest qui intra moenia hostes
sunt minoribus improbissimis dissipatis: quis libe/
ros: quis coniugē aspicere poterat sine fletu ! quis
domū n ! quis tecta ! quis larem familiarem ! Iam
aut foedissimam mortem omnes: aut miserabilem
fugam cogitabant. Hęc a quibus timebant᷑: eos
hostes appellare dubitamus ! grauius si quis attule/
rit nomen libenter assentiar. Hoc uulgari cōtentus
nix sum. leuiore non utar. Itaqꝫ cum supplicationes
iustissimas ex his lr̄is quę recitatę sūt decernere de/
beamus. Seruiliusqꝫ decreuerit augebo omnino nu/
merum dierū. Presertim cum uniter ducibus sint
decernendę. Sed hoc primū faciam ut Impatores
appellem eos: quorum uirtute/ & consilio foeliciter
maximis periculis seruitutis/ atqꝫ interitus liberati
sumus. Etenim cui uiginti his annis supplicatio
decreta est: ut non Impator appellaretur: aut mi/
nimis rebus gestis: aut pleruncqꝫ nullis ! Quāobrē
aut supplicatio ab eo qui antedixit decernenda non
fuit: aut usitatus honos: puulgatusqꝫ tribuendus his
quibus etiam noui/ & singulares debent᷑. At siquis
Hispanorū: aut Gallorum: aut Thracum mille: aut

II. occidisset. non eum hac consuetudine quę increbuit Imperatorem appellaret Senatus? tot legionibus cęsis, tanta multitudine hostium interfecta: dico in quam hostiũ: quis hoc isti hostes domestici nolint: clarissimis ducibus supplicationis honorem tribuemus: Imperatorũ nomē adimemus? Quanto enim honore: letitia: gratulatione, in hoc templum ingredi debent illi ipsi huius Vrbis liberatores, cũ hesterno die propter eorum res gestas me ouantem, & prope triumphantē. P. q3. R. in Capitoliũ domo tulerit? Is demum est mea quidem sñia iustus triumphus ac uerbis. Cum bene de. R. P. meritis testimoniũ a consensu Ciuitatis datur: nam siue in communi gaudio. P. R. uni gratulabant᷑: magnũ iudicium: siue grãs agebant eo magis: siue utrunq3, nihil magnificentius excogitari potest. Tu igit᷑ de te dixerit quispiam, & quidem inuitus: sed iniurię dolore, aio me propter consuetudinē gloriosum. Nonne satis est ab hominibus uirtutis ignaris gratiam bene merentibus non referri: etiã in eos qui omnes suas curas in. R. P. salute defigunt? Scitis enim p hos dies creberrimum fuisse sermonem me per ydus quintiles: qui dies hodie est cum fascibus descensurum: aliquem nesin petus crimē inuidia querat᷑? Credo hoc in gladiatorem: aut latronem: aut Catilinam esse consultũ: non in eum qui nequid tale in. R. P. fieri possit effecerit: an ut ego qui Catilinam hoc molientem sustulerim: euerterim afflixerim, ipse extiterī repente Catilina? qbus auspiciis istos faces augur acciperē? quatenus haberem? cui tradere? q̃q̃ opinor: nec fuisse tam sceleratum qui hoc fingeret: tam furiosũ qui crederet. Vnde igit᷑

ista suspitio: uel potius iste sermo? cum ut scitis, hoc
triduo, uel quadriduo tristis a Mutina fama mana-
ret inflati letitia, atq; insolentia impii Ciues, unum
se in locũ ad illam Curiam uiribus potius suis: quã
R. P. congregabant. Ibi cum consilium inirent:
de cęde nostra, partirenturq; inter se, qui Capitolium
qui hostia, qui Vrbis portas occuparent: ad me co-
cursum futurũ Ciuitatis putabant. Quod ut inui-
dia mea fieret: & cum uitę etiam periculo famam
istam fascũ dissipauerunt: fasces ipsi ad me delaturi
fuerũt. Quod cum esset quasi mea uoluntate factũ:
tum impetus conductorum hominum: quasi in ty-
rannum parabatur: ex quo cędes esset ur̃m omnium
consecuta. Quę res patefecit. P. C. sed suo tempore
totius huius sceleris fons aperiretur. Itaq; Appuleius
tr. pl. meorum omnium consiliorum, periculorũq;
iam inde a consulatu meo testis conscius, & adiu-
tor dolorẽ ferre non potuit. Doloris mei contionẽ
habuit maximam. P. R. unum: atq; idem sentiẽte:
In qua contione, cum me ꝓ summa cõiunctione, &
familiaritate liberare suspitione fascium uellet: una
uoce cuncta contio declarauit: nihil esse a me unquã
de. R. P. nisi optime cogitatũ. Post hanc habitam
contionem, duabus: tribus horis, optatissimi nuntii
& lrẽ uenerũt: ut idem dies non modo me iniquis-
sima inuidia liberaret: sed etiam celeberrima. P. R.
gratulatione auxerit. Hęc interposui. P. C. non tã
ut pro me dixerim (male enim mecum ageretur: si
parum uobis essem sine defensione purgatus) quam
ut quosdã ieiuno animo, & angusto monerẽ id qđ
ego semper fecissem: uti excellentium Ciuiũ uirtutẽ
imitatione dignam: non inuidia putarent: magnus

est in. R. P. cāpus ut sapienter dicere solebat Crassus. Multis apertus cursus ad laudem. Vtinam quidem illi principes uiuerent qui me post meum consulatum. Cum is ipse cederem principem non inuiti uidebāt. Hoc uero tempore in tanta inopia constantium & fortium consularū. Quo me dolore affici creditis: cū alios male sentire: alios nihil omnino curare uideam: alios parum constanter in suscepta causa permanere: sententiamq; suam non propter utilitatem. R. P. sed conspecto timore moderari. Quod siquis de contentione principat9 laboraret: quę nulla esse debet: stultissime facit si uirtus cum uirtute contendit. Vt enim cursu cursus: Sic in uiris fortibus: uirtus uirtute superatur. Tu si ego de. R. P. optime sentiam: ut me uincas ipse pessime sentties: aut si a me bonorū concursum fieri uidebis: a te improbos inuitabis: Nollem primum R. P. causa: deinde etiā dignitatis tuę: sed si principat9 ageretur: quē nunquā expetiui: quid tandē mihi esset optatius: Ego enim malis sentētiis uinci non possum: bonis forsitan possim: & libenter hęc P. R. uidere animaduertere iudicarem: quidam molestę ferunt. poterat ne fieri ut non perinde homines quoq; ut quisq; mereret iudicarēt: Vt enim de uniuerso Senatu. P. R. uerissime iudicat nullis R. P. temporibus hunc ordinem firmiorem: aut fortiorem fuisse: Sic de unoquoq; nostrum: & maxime qui hoc loco sententias dicimus: sciscitant oēs atque audire quod quisq; senserit. Ita de nūo quoq; ut quenq; meritum arbitrantur: existimant. Memoria tenent: me ante diem. xiiii. Kalen. Ianu. principem reuocandę libertatis fuisse: me ex K. I.

Ian̄ . ad hanc horam uigilasse . R . P . meā domum
measq̧ aures : dies / & noctes omnibus preceptis /
monitisq̧ patuisse : meis lr̄is : meis nuntiis : meisq̧
cohortationibus omnes qui ubiq̧ essent : ad patrię
pręsidium excitatos : meis sententiis a Kł. Ianuarii
nunquā legatos ad Antonium / semper illū hostem :
semper hoc bellum : ut ego qui omni tempore uerę
pacis autor fuisse : huic essem nomini pestiferę pacis
inimicus . Idem Ventidiū cum aliis tr . pl . uoluis-
sent ? Num ego semper hostem ? In has sententias
meas si Conss. designati disensionē facere uoluissēt :
omnibus istis latronibus auctoritate ipsa Senatus
iam pridem de manibus arma cecidissent . Sed q̄d
tum non licuit . P . C . id hoc tempore non solum
licet : uerum etiam necesse est : eos qui re sunt hostes
uerbis notari : sententiis nr̄is hostes iudicari . An
tea cum hostem aut bellum nominassem semel / &
sępius sn̄iam meam de numero sententiarum sub-
stulerunt : quod in hac causa iam fieri non potest .
Ex lr̄is enim . C . Pansę . A . Hircii consulum . C .
Cęsaris pro pr . de honore diis īmortalibus habēdo
sn̄ias diximus : supplicationem modo qui decreuit :
idem imprudens hostes iudicauit . Nunq̄ enim in
Ciuili bello supplicatio decreta est : decretam dico
ne uictoris quidem lr̄is postulata est . Ciuile bellū
Cos. Sylla gessit legionibus in Vrbem adductis :
quos uoluit expulit : quos potuit occidit : supplica-
tionis mentio nulla : graue bellū Octauii insecutū
est . Supplicatio Cinnę nulla uictorię : Cinnę uicto-
riā Imperator ultus est Sylla : nulla supplicatio decreta
a Senatu . Ad te ipsum . P . Seruilium misit ullas
Collega lr̄as de illa calamitosā pugna pharsalię . nū

te de supplicatione uoluit referre : profecto noluit.
At misit postea de Alexādria : de Pharnace : phar-
salię uero pugnę ne triumphum quidem egit. Eos
enim Ciues pugna illa substulerat : qbus non mo-
do uictoribus : sed etiā uiuis & incolomis & florēs
Ciuitas esse posset. Quod idem contigerat supiori-
bus bellis Ciuilibus : nā mihi Cos. supplicatio nullis
armis sumptis non ob cędem hostiū : sed ob con-
seruationem Ciuium nouo & inaudito genere de-
creta est. Quamobrē aut supplicatio ob cōseruationē
R. P. pulcherrime postulantibus nostris Imperato-
ribus publice deneganda est : quod preter Gabiniū
contigit nemini : aut supplicatio est decernenda hō-
stes iudico : cū uictores appello Imperatores. Quomō
enim potius Pansam appellem : & si habet honoris
nomen amplissimi : quō Hyrciū : Est enim ille qdē
Cos. sed alterum nomen beneficii est. P. R. alterū
uirtutis atq; uictorię. Quid Cęsarem deorū bńficio
R. P. procreatum : dubitem ne appellare : Imp.
qui primus Antonii immanem & foedam crude-
litatē non solum a iugulis nostris : sed etiā a mēbris
& uisceribus auertit. Vnius autē diei quot & quātę
uirtutes dii īmortales fuerūt? Princeps enī omniū
Pansa prędii faciendi & cum Antonio confligendi
fuit : dignus Imperator legione marcia : digna legio
Imperatore : cuius si acerrimi impetū cohibere Pansa
potuisset : uno prelio confecta res esset. Sed cum
libertatis auida legio effrenatius in aciem hostium
irrupisset. ipseq; in primis Pansa pugnaret duobo
periculosis uulneribus acceptis sublatus e prelio. R.
P. uitam reseruauit. Ego uero hunc non solum
Imperatorem : sed etiam clarissimum Imperatorem

fecerint. Ipseq̄. C. Pansa Cons. Imp. cum inter media hostium tela uersaretur uulnera acceperit. Cumq̄. A. Hyrcius Cos. Imp. p̄lio audito & cognito fortissimo p̄stantissimoq̄ animo exercitū castris eduxerit: impetumq̄ in. M. Antonium exercitūq̄ hostium fecerit: eiusq̄ copias occisione occiderit suo exercitu ita incolumi ut ne unum quidem militem desiderauerit. Cumq̄. C. Cęsar Imp. consilio diligentiaq̄ sua castra foeliciter defēderit: copiasq̄ hostiū: quę ad castra accesserāt profligarit: occiderit: ob eas res Senatum existimare: & iudicare eorum trium Imperatorum uirtute imperio consilio grauitate constantia magnitudine animi foelicitate. P. R. foedissima crudelissimaq̄ seruitute liberatum. Cumq̄. R. P. Vrbem: templa deorum īmortaliū bona: fortunasq̄ omnium liberosq̄ conseruarint: dimicatione & periculo uitę suę ut ob eas res bene fortiter foeliciterq̄ gestas. C. Pansa. A. Hyrcius Conss. Impp. alter ue: aut si aberint. M. Cornutus pr. ur. supplicationes per dies. L. ad omnia puluinaria constituant. Cumq̄ uirtus legionum digna clarissimis Imperatoribus extiterit: Senatumq̄ sic antepollicitus legionibus: exercitibusq̄ nostris ea summo studio. R. P. recupata resoluturum. Cūq̄ legio martia princeps cū hostibus conflixerit: atq̄ ita cum maiori numero hostium contenderit. Cum plurimos cederent: caperent nonnullos: cumq̄ sine ulla necessitate pro patria uitam profuderint. Cūq̄ simili uirtute reliquarum legionū milites pro salute & libertate. P. R. mortem oppetiuerint. Senatui placere ut. C. Pansa. A. Hyrcius Conss. Impp. alter ambo ue siis uideatur: is qui sanguinem pro uita

libertate/fortunisq;. P. R. pro Urbe/templisq; deorum immortalium profudissent: monumentum q̃ amplissimum locandum/ faciendumq;. Vrbem ad eam rem pecuniã dare: contribuere: soluere iubeant: ut extet ad memoriam posteritatis sempiternam: ad scelus crudelissimorum hostium: militumq; diuinam uirtutem. Vtq; prẽmia Senatus militibus ante constituit ea soluantur eorum qui hoc bello pro patria occiderũt parentibus/liberis/cõiugibus/ fratribus tribuãt͛: quẽ militibus ipsis tribui oporteret: si illi uicissent: qui morte uicerunt.

Anser Tarpeii custos Iouis: unde/ q; alis
Constreperes Gallus decidit: ultor adest
Vdalricus Gallus: ne quem poscant͛ in usum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die quantũ non scribit͛ anno.
Ingenio haud noceas: omnia uĩcit homo:



Campanus
anteq̃
abſente
conſilii
non metu

Miſſas
C piſoni
eſſe ſuperatum
eſſe natum

Intelligit
tum contra
portibatur
foelix
ipſorum

Ceſar
uoluit
fimulacbrum
uix celo

Exiſtumareo
que uero
ſumus
dii imortales
P . q; . R .

Iudicum
mendicitas
R.P . iura
familiam

Vt ea
circumſcriptū
hunc non

Lucium
ducem
igitur
hominum
uoluntate
Doluerit
Q. F. lemonii
cogitatum

In . M . bruto
cauſam
miſer
ſumma

Eutuy
hodieq;
quorum
altera

Credunt
oratum
de illo
ut actis

Brutum
huic facias
ne lepidi

Iſta ſuſpitio
iañ . ad hanc
iudico

